Vc
2822

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0002-7

Pol. 23 (1)
Vc 2822

# VINDICIÆ MAURITIANÆ,

*Favente numine ac lumine divinô,*

OPPOSITÆ

ERRORIBUS CRASSIS, LIVIDISQVE COMMENTIS BODINI, DE EXPEDITIONE ſereniſſimi quondam, celſiſſimique principis ac Domini. Dn. Mauritii Electoris Saxoniæ, &c. Burggraviique Magdeburgenſis, (recordationis inclytæ,) anno 1552. ſuſceptâ. Confœderatis, Galliarum Rege Henrico II. alijsque Germaniæ principibus. Aſſerendæ ergò libertatis Germaniæ, ac liberandi Haſſiæ Landgravij.

*EXPOSITÆ VERO*

*Patrum civiumq; Academicorum, nec non quorumvis veritatis cupidorum, diſquiſitioni ac cenſuræ publicæ,*

Autoritate excelſi ICtorum ordinis, in Thuryngiæ Berytô, Jenenſium civitate amæniſſima,

PRÆSIDE

*Ampliſſimo & Conſultiſſimo viro*

Dn. OSWALDO HILLIGERO ICto celeberrimo, P.P. & Scabinatus aſſeſſore ſpectatiſſimo, anteceſſore ſuô, multis nominibus honorando.

*Ad Februarij diem 21. anni currentis 1617. Locô horaq; ſolitis.*

A

JOHANNE FRIDERICO à Brandt/ è MARchionatu Oſterlandiæ, equite Miſnico.

*Typis Iohan. Beithmanni.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0003-2

SERENISSIMO ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO.

# Dn. JOHANNI GEORGIO DUCI SAXONIÆ,

Juliæ, Cliviæ, & Montium, Sacri Romani Imperij Archimarſchallo & Septemviro: Landgravio Thuringiæ: Marchioni Miſniæ: Burggravio Magdeburgenſi: Comiti de Marck & Ravenſpergk, Domino in Ravenſtein, Domino ſuo clementiſſimo.

HISCE VINDICIIS MAVRITIANIS

Seſe ſubjectiſſimè commendat,

Hans Friedrich von Brandt/ von Hardorff/etc.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

# *Præloquium.*

QUanquam dextrè, ſciteque judicet Bartholomæus Keckermannus, hoc ævo noſtro, autoritatis non poſtremæ philoſophus, *tract. de natur. & propriet. hiſtor. in not. ad ax. 5. c. 1.* ſtudioſæ juventutis errorem eſſe pervulgatum illum quidem, ſed non parùm interim damnoſum, ad hiſtoriarum lectionem animum appellere, antequam diſciplinas & præcepta ea cognoverit, quibus ineſt methodus & communes (ut vocant) loci, ad quos hiſtoriæ reducendæ & ſuis quæque ſedibus collocandæ veniunt:

Vivam tamen & ſpirantem hanc doctrinam, quæ Beſoldo elegantiſſimo *in Templ juſtit. n. 50.* magiſtra civilis prudentiæ dicitur, nosq; via plana ducit ad adyta genuinæ ſapientiæ, eôdem monitore, Thomâque Lanſio, *Orat. de utilit. & jucundit. hiſtor.* etiam cum ipſo politicæ ſcientiæ, legumque lacte, futuro politico jurisq; conſulto imbibendam, non inſignes modò juris auctores tradidêre, ut puta Franciſ: Balduinus, *in lib. de conjung. cum. Jurisſpr. hiſtor.* Nic. Ciſnerus *libell. de uſu hiſtoriar.* Johan. Bodin. *in meth. hiſtor.* Sim. Schardius *in præfat. libell. de orig. Elector:* Frid. Tilemannus *diſc. philol de hiſtoric. delect.* Val. Guil. Forſterus *de juris interpretat.* Jac. Thomingius *iu Orat. de rat. doc. diſcend. juris p. 56. & ſeqq.* Jac. Bornit. *in præfat. partit. polit.* &c. Beſold. *de cognit. & uſu juriſpr. d. n. 50. & ſeqq.* politioris literaturæ anteſignanis, Juſtô Lipſiô, Jan: Gruterô, Caſaubon ô, Keckermannô, aſtipulantibus: ſed etiam docet præter hiſtorici ſtudij cum Politicâ ac Jurisprudentia cognationem arctiſſimam, hodierna utrius què harum conditio, quæ eſt ejusmodi, ut manca futura ſit, maximaquè ex parte inutilis earundem cognitio, niſi jus publicum, quod hodiè obtinet in ipſis (ut Juſtinianus ait) rerum

 argu-

argumentis, ſuppleat & illuſtret ejusdem juris verum Corpus, rerumque in foro publico Reipub. practicatarum ac judicatarum teſtis, Hiſtoria.

Et extant quidem de hoc Corpore rectè inchoando doctorum virorum conſilia, quibus id ſuadetur potiſſimum, ut ab hiſtoria univerſali ad ſpecialiorem, magis magisque fiat progreſſio, ſecundùm legem methodi, ab arte rationis, nobis traditæ, & à Juſtiniano in veſtibulo elementorum juris, mirum quàm venuſtè graviterque commendatæ. Sed his ita aſſenſerim, dummodò hiſtoriarum patriarum magis, quàm peregrinarum, recentiorum magis, quàm obſoletarum, in ſtudendo prior potiorque habeatur ratio. Quàm præclarè enim Beſoldus, publici, privatique juris, vir callentiſſimus! *Putidæ* (inquit d. tr, num. 60.) *ſunt eorum delitiæ, nimiumque ipſi cenſeri debent degeneres, quos tàm ſuæ gentis pudet, patriæve tædet, ut abs majorum ſuorum monumentis abhorreant, & veterum peregrinarumque rerum admiratione capti, nullam recentiorum, nullam domeſticarum recordationem admittant, in alienas Oeconomias curioſè inquirãt, ſuas negligant. Vituperanda eſt ille ξενομανία, quæ tanquam altera Circe ſtudioſos dementat, ut nunquã domum redire cupiant. Turpe eſt inquit noſter Mutius* l. 2. §. 43. ff. d. O. I. *patritio ac nobili jus in quo verſatur ignorare. Sed adhuc multò eſt turpius, nos & in patriâ & domi peregrinos videri & exules.* Et paulo poſt: *Hiſtoriam rerum Germanicarum non imbibiſſe, turpe eſt homini Germano: Turpe bono civi, ſeriem rerum in ſua patria geſtarum non eſſe perſcrutatum, Hiſtoriam ſui principis, nec non amicorum, vicinorum, & inimicorum ejus, haud in numerato habere. Senatoriam neſcire conſuetudinem, diſciplinam Reipb. jura ſociorum, fœdera, pactiones, cauſam Imperij non cognoviſſe, &c.* Nunc ut ſilentio transgrediar alia ejusdem generis monita ſaluberrima, quæ idem autor ſuggerit, *diſp. nomico polit. claſſ. 2. §. 7. n. 2. Et claſſ. 2, diſputat. 1. th. 16. & ſeqq.* Sunt enim cuivis obvia.

Quantò igitur præſtat hiſtoria patria exteræ, recentior obſoletæ, tantò magis aſt adhibenda opera, ut accurata fide à peritis patriarum & civilium rerum autoribus & ſcribatur initio, & ubi ſemel rectè & ex fide ſcripta fuerit, non corrumpatur

patur à falſariis, vel ſubvertatur, aut certè in dubium vocetur à calumniarum artificibus, quibus nec religio ulla eſt, falſiſſima quæq; confingere, nec pudor ullus veritati in os contradicere. Ut ſi nihil aliud, ſaltem id conſequantur, quod eſt apud Tacit. 3. *annal. p. m. 83. Temporibus ſequentibus, variô rumore jactata, maxima quæq; fieri ambigua, dum alij quoquo modo audita, pro compertis habent, alij vera in contrarium vertunt, & utrumque poſteritate gliſcit &c.* Eorum enim hominum numerum non parvum producere, facilè futurum eſſet, niſi vel unicus ille Reipub. Romano-Germanicæ natus ac juratus hoſtis, obtrectatorquè famoſiſſimus, *Andius ſine bono* (prout appellavit eum Cujacius) vel ut diſertius dicam, Iohannes Bodinus exemplo ſufficienti eſſe poſſet. Qui non modò, pro innata Gallis arrogantia, in ſcœnam quaſi producit nationem noſtrã longè nobiliſſimã, ut eam toti mundo exponat ludibrio, dicente ICto anonymo *de jur. princip. concluſ. 11. circ. fin:* ſed etiam pro Thraſonico ſale, quod in ipſo eſt, verbis ſæpè transmovet in populares ſuos Gallos, magno labore partã alienã Germanorum gloriam, & contrà in Germanos alienam Gallorum ſeu culpam, ſeu ignominiam. Inverſisq; rerum geſtarum genuinis circumſtantijs, & ſurrogatis ſubinde ſuppoſititijs, nec modum ullum nec finẽ facit comminiſcendi contra dignitatem Imperij Romano-Germanici, ejusque columnas vel præcipuas πορίσματα, partim ignorantiæ ſupinæ, partim vanitatis vaniſſimæ, ac petulantiæ petulantiſſimæ, pleniſſima. Id quod ut pluribus argumentis, alijs oſtenſum eſt, à viris, dignitate, eruditionisque ac nominis fama conſpicuis, Dn. Frid. Hortl. ICto, ac Illuſtriſſimor: Princip. Sax. lineæ Vinarienſis, Dnor. Mrum clementiſſimor. conſiliario ſpectatiſſimo, fautore, amico, ac hoſpite meo, comiter colendo, *apud Goldaſt polit. Imperial. p. ult. quæſt. ex Sleidano excerpt. 2.* Dn. Dominic. Arumæo ICto, præceptore meo obſervando, *diſcurs - de jur. publ. 27. & paſſim.* Matth. Dreſſero *in duab. orationib, poſt millenar. 4. & 5.* & à Joach. Clutenio ac Johan. Zabelio *in diſputationibus. AntiBodinianis*, nec non d. ICto anonymo. *de jure principatus:*

 Ita

Ita cum primis oſtendi poteſt ijs, quæ Gallus noſter ſcribere non erubuit, de expeditione principis inclyti ac herois nunquam ſatis laudati, Mauritij, Saxonis Electoris, liberandæ Germaniæ, ſoceriq; Landgravij ergò, anno 1552. ſuſceptâ. Adverſus imperatorem Carolum V. dicam? an eos, *qui aucupabantur cum Cæſare* (ut de ſe ipſe dicebat Dux Heinricus junior Brunſvicenſis) *tanquam cũ falcone picto, ficto, mortuo,* obductâ dominatui fraudibusq; ſuis, autoritate Imperatoria?

Licèt autẽ eâ in palæſtra Nobiles, Ampliſſimi, Conſultiſſimique viri, Eberhardus â Weyhe, Pet. Heigius, And. Knichen. Ant. Heringius, & alij, virtutis ſuæ ſpecimen non pœnitendum, antehac ediderint, enitar tamen pro ingenij, viriumq; mearum modulô, ne ex arena eadem recedam planè inglorius, ſed ut adferam aliquid, quô vel priorum benedicta corroborem, vel derelicta ac prætermiſſa ab ipſis, ad veritatis, juſtitiæqũe libram revocem & expendam. Sublevatus in gravioribus & alioquin propemodum inextricabilibus nonnullis, ope eâ, quam pro ſua in me ſingulari benevolentiâ, ex autoritatis indubitatæ, rariſſimisquè inventu ſcriptis hiſtoricis, ac vix ac ne vix quidẽ eruditiſſimis in jure publico & hiſtoria hominibus, de nomine auditis, (ut laudem, bibliothecæ Tribonianeæ à Juſtiniano Imperatore tributam, huc transferam,) modò dictus Dn. Hortlederus, ICtus, &c. Muſageta, fautor & amicus meus, liberaliter depromſit. Ac faciam id, quod modò ſum pollicitus, non eo animo ut Bodino, viro cæteroquin magno, nec ſua laude apud Germanos quosq; candidiſſimos & doctiſſimos carenti, maculam inuram per injuriam, aut contra Solonis legem in abſentem invehar & mortuum, (quo nomine ab eô reprehendendô ICtus quidam anonymus abſtinet, *d. concluſ. 11. de jur. principat. in fin.*) Verùm ut patriæ ac famæ Mauritianæ cauſam agam, quantùm ſalva fide licet, ac veritate hiſtoricâ. Decet enim bonum civem meminiſſe ejus, quod poſt Tullium ICtus Ulpianus ait *in l. 1. §. 15. ff. de vent. in poſſ. mittend.* ſe patriæ natum eſſe. Et in eâ à malevolorum dente lividô & inimicô, aſſerendâ, tuendâquè exiſtimatione patrum patriæ, omne ſuum ſtudiũ & operam locare ac figere.

*POSI-*

Tripartita eſſe poteſt errorum ac figmentorum Bodini de expeditione Mauritiana, conſideratio. Aut enim conſiderari poſſunt in ijs, quæ ſcribit de Mauritio Saxone ſeptemviro, alijsque Germaniæ principibus, utpote fœderatis ex parte una. Aut in ijs, quæ ſcribit de Henrico Galliarum rege ejus nominis II. utpote fœderato ex parte altera. Aut in ijs quæ ſcribit de fide utriusque prædictarum fœderatarum partium ac relatâ regi ſuo gratiâ, tam à fœderatis principibus, quàm ab univerſo Imperio.

II.

De Mauritio Electore alijsq; Germaniæ principibus imperitè ſcribit, 1. *de Repub.* 7. *in fin. f.* 122 & 5. *de Repub. ult. f.* 963. ab illis cũ Henrico rege, Chamborti anno 1552. fœdus contractum eſſe. Ideoq; ineptè *Chamborticũ* id appellare non dubitat, *d. c. ult. f.* 912. 963.

Quanquam Waremundus de Erenbergk ſeu potius Eberhardus à Weyhe, Illuſtriſſimi Ducis Brunſvicenſis hoc tempore ſecretior conſiliarius, *1. meditament. pro fœderib. c. 2. n. 40.* loca in quibus fœdera panguntur, ſilentiô involvenda eſſe, ſapienter ſuadeat, ne infelici fœderis ſucceſſu ſecutô, aratro (ut cum Modeſtino exprimam, *in l. 21. ff. quib. mod. uſusfruct.*

*fruct.amitt.)* aut certè ſeveræ victoris vindictæ ſint obnoxia:

Attamen cum nullum amplius diſcrimen metuendũ, rebus jam tranſactis, nihil (opinor) impedit, quò minus etiam de loco icti fœderis ſoliciti ſimus, veritatis perſcrutandæ cauſa, autoribus invicem diſſidentibus; Ut in noſtro caſu, quo de loco icti ac concluſi fœderis Mauritiani, non datur determinata ſatis veritas.

Gallus enim noſter, quîcum in arenam deſcendere eſt nobis animus, Chamborti (oppido Sabaudiæ) ictum, tam ſanctè aſſeverat, ut etiam maximi nominis ICto Petr. Heigio *p.1.q.11.n.13.& c.14.* Joachimo Clutenio, *in diſputat. Anti Bodinian. quæ extat. vol.2. diſp. Baſilienſ. t h. 21.* quamlibet acerrimis adverſarijs ſuis, impoſuerit.

Contra Waremund. de Erenberg. *1. meditam. pro. fœd. c. 2 n.40.&* Hier. Treutlerus *in orat. de vita & obitu VVilhelmi Haſſiæ Landgravij,* Fridewaldæ in arce venatoria Haſſiæ contractum ſcribunt. Chamborti autem tantummodò facta præparatoria.

A quibus iterum divertit Chytræus receptæ autoritatis hiſtoricus, ac fœdus quô de loquimur, Lochæ vel Lochaviæ, quæ hodie Anneburgum eſt, Saxoniæ ducatûs in electoratu arx venatoria, ſaltu circumcirca circundata, concluſum ſcribit, *Sax. lib. 17. f. 440. 443.* Septembri Menſe, quantumvis ad Octobrem ejuſque diem 26. id rejiciant Thuanus, *hiſt. lib 8.* ac Dreſſerus, *in hiſtoria manuſcripta, pertextarum ipſius operâ originum Saxonicar. Georg. Fabritij f. 325.*

Quid ergo? Movet nos magnoperè, ut in Eberhardi à Weyhe ac Treutleri ſententiam deſcendamus, virorum autoritas, quibus nec facultas eruendæ veritatis defuit, cum alter Illuſtriſſimi Landgravij Haſſiæ Mauritij, conſiliarius, alter anteceſſor primarius fuerit, qui principum ſuorum acta & facta propriùs inſpicere, & rectius exteris ac peregrinis noſſe, præſumuntur, argumento eorum quæ de incolis, civibus ac vicinis ſcribunt Joſeph. Maſcard. *volum 1. de probat. concluſ. 295. num. 4. & vol. 2. concluſ. 1048. numer. 36. & ſeq.*

ſeq. Marq. Freher. *lib. 2. de fama c.* 14 *num.* 5. Frid. Tileman. *par. 2. diſ. philol. de hiſtoricor. delect. f.* 180. & *ſeq.* Nec etiam voluntas, quæ ſine facultate nihil proficit, ſecundum Bald. *in l. nolle, de acquir. heredit.* & *conſil.* 325. Decium *in c. cum ſuper num. 4. extr. de off. delegat* Covarruv. 3. *Var. reſolut.* 6. *cap.* 6. *numer.* 8. Autores informationis ſeptimæ *in reſponſis* der dreyen löblichen Juriſten Faculteten / Leipzig / Marpurg / Jena / ob die F. Braunſchweigiſchen Lehenleute / auch in der Stadt Braunſchweig Rahte ſein mögen / wenn etwas wieder jhren Lehensfürſten gehandelt wird / etc. *n.* 170. 171. &c. Quippe cum alter de fœderibus in genere, ſpecieq; ſcribere inſtituerit, alter de vita & rebus geſtis principis ejus orationem publicè habuerit, qui ex confœderatis noſtris neqnaquam poſtremus fuit. Ut interim de integritate eorum nihil dicam, quod nondum honeſti ullius mendacij pro patria vel principibus ſuis, (ut Gallus noſter) accuſati, ne dum convicti leguntur, ideoq; in ipſos non quadrat, id quod extat *in c. ſemel malus de Reg. jur in ſexto.* Licèt (uti oſtendit Alb. Gentilis *de arm. Rom. c.* 1.) hæc regula aliâs in hiſtoricis non obtineat.

Hæc inquam movent me magnopereè: Sed multo magis argumenta ſequentia quæ mihi ex inſigni opere ſuo, de *juſtitiâ, initiô progreſſu, exituq; belli Germanici Imper. Carol. V.* deſcribenda dedit, Dn. Frid. Hortlederus fautor & amicus meus. Ex ijs enim conſtat, Fridewaldæ certè â confœderatis conventum habitum, ac de fœderatione aliquid tractatum eſſe, ut demonſtrant verba literarum Wilhelmi Landgravij ad Albertum Marchionem: Derer von Nürnberg halber mügen E. L. wiſſen / daß der Churfuſt Hertzog Moritz zu Sachſen / vnd wir von Friedewaldt aus an ſie gelanget / daß ſie ſich in die handlung ſo jhnen damals von Römiſcher Käyſerlichen vnd Königlichen Majeſtet vorgeſtanden / nicht

nicht laſſen ſolten / beſondern ſich zu vns theten / were es nicht offentlich doch heimlich / ſo wolten wir ſie als vnſere Freund vnd Gliedmaſſen halten / etc. In Alberti junioris Marchionis Brandenburgici ſcripto, anno 1556. edito, *apud eundem de operis d. juſtitia, initio, & c. belli Germ. lib. 6. c. 27. num. 25.* Et verba literarum Mauritij Saxonis, ejusdemquè Landgravii, ad Marchionem eundem, apud eundem: Man hat von Friedwaldt aus an die von Nürnbergk geſchrieben / ſie perſuadiret / daß ſie ſich ſolten mit dem Kayſer oder König nicht einlaſſen / wir wolten ſie in vnſer Gunſt auffnemen / *d. oper. libro, capite, & numerô modò allegato.*

Nec obſtat ſi quis fœdus Fridewaldicum, Chamborti fortaſſis, vel ratihabitum vel confirmatum à Rege eſſe, pro Bodino dixerit, eoque reſpectu ab eo appellatum, *Chamborticum.* Nam ut hæc ita ſint, idoneoque teſte aut argumento ullô comprobari poſſint, nec diſſentiant cum Everhardi à Weyhe ac Treutleri paginis fidelibus, conſtat tamen apud omnes, id quod alicubi re ipſa factum eſt, propterea infectum fieri, vel alibi factum videri, non poſſe. Et ratihabitionem quidem, negotium retròtrahere, *l. fin. C. ad SCtum Maced. c. ratihabitionem 10. ibidemq́; Dynus & Interpretes de Reg. jur. in* ſexto *l. 25. in f. C. de donat. int. vir. L. 16. §. 1. de pignor.* Donell. *12. comm. 17. & quæ ibi adducit* Ampliſſ. & Conſultiſſ. Dn. Præceptor ac Præſes, *lit. A. & 2. ſeqq.* Clariſſ. & Excellentiſs. Dn. Præceptor & amicus honorandus, Valentin. Riemer. *decad. 1. q. 6.* atquè in negotijs ceptis, mandati obligationem producere, *l. 12. §. ult. l. 60. §. 1. l. 87. de ſolut. l. 60. d. R. I. l. 6. pr. de. cond. indeb.* Juſt. Mejer. *D. mandati. th. 17. n. 2. & 4.* Vbi verò acceſſit ad jam conſummatum negotium, tùm neutiquam id dicendum, *l. 6. §. 9. 10. l. 9. ff. l. 9. ubi Sichard. & Dd. C. de negot. geſt.* nec tam à ratihabitione quàm geſtione, illud formandum eſſe, *poſt* Sichard. *in d. l. 9. num. 7.* Juſt. Mejer. *D. de negot. geſt. th. 46.* cum nihil aliud tunc agatur ratihabitione domini, quam ut id quod geſtum eſt, pro utiliter geſto agnoſcatur, *per. l. 6. §. 6. L. 42. d. tit.* Confirma-

firmationem autem, juratoriâ majorem dari poſſe, non video. Quam cum Henrici Regis nomine Fraxineus, legatus, Fridewaldæ, non ipſe Rex Chamborti præſtiterit, Weyhio *d. c. 2. lib. 1. meditament. pro fœderib. n. 41. & ſeq.* ac Treutlero, *teſtibus ſat locupletibus*, nihil ſubeſt cauſæ ſolidæ, cur Chamborticum potius, id fœdus, dicendum ſit, quàm Fridewaldicum.

## III.

Quinam verò fuerint illi principes Germaniæ, qui cum rege fœdus contraxerint, qui ad Henrici regis opes aſpexerint, qui Gallorum auxilium imploraverint? operæ pretium eſt ex ipſo cognoſcere. *Saxoniæ Dux Johannes* (inquit) *Philippus Heſſorum princeps, Mauritius item Philippi gener & Albertus junior Marchio Brandeburgicus.* d. lib. 5. de Repub. c. 6. f. 912. Et iterum f. 963. *Mauritius Dux Saxoniæ, Albertus Marchio Brandeburgenſis, Philippus Heſſorum Landgravius, & cæteri.* Ac tertiò 5. de Rep. 5. f. 901: *Victi.* Quâ in reſponſione tot ferè errata ſunt, quot verba.

Nam per Johannem Ducem Saxoniæ, vel Johannem Fridericum ſeniorem ducem Saxoniæ intelligit, principem in profitendâ veritate ſemel agnitâ, ſine exemplo maximum. Vel Johannem Fridericum medium, aut Johannem Wilhelmum duces Saxoniæ, ſenioris filios, tùm puberes. Vel denique Johannem Albertum ducem Melkelburgicum.

Si Johannem Fridericum Saxoniæ ducem ſeniorem, vel ejus filios Johannem Fridericum medium, aut Johannem

Wilhelmum Saxones, eſt, quod in ipſorum nominibus deſideres. Eſt, quod in agnominibus, Eſt, quod in rei veriate.

In nominibus ipſorum: quod Friderici ac Guilielmi cognomina omittit. In agnominibus: quod notâ ſenioris ac medij, Johannem Fridericum patrem, à Johanne Friderico filiô non diſtinguit. In rei veritate: quod Johannem (cujus mentionem facit) Caroli V. (ut loquitur) ſervitute preſſum, ſeu potius, ſervitute preſſum à quinto Carolo, unà cum Philippo Heſſorum principe, Mauritio item Philippi genero, & Alberto juniore Marchione Brandeburgico ad opes Henrici II. Francorum Regis, aſpexiſſe ſcribit, Et AB ILLIS, (puta omnibus, qui opes regias aſpexerant, & ſervitute premebantur, Cum Henrico Rege fœdus ictum eſſe. Idemque ejuſdem; *capitis fol. 963.* ingeminat, ſubjunctis nomini Mauritij Saxonis, Alberti Marchionis, Philippi Landgravij, verbis iſtis latiſſimè ſe diffundentibus: *cæteriſque fœderatis principibus:*

Etenim quàm falſa, vana, ficta ſit hæc utraq; aſſertio: Et quàm illa ex adverſo vera, quod neque Johannes Fridericus ſenior, neq; filij ejus, duces Saxoniæ, ad Henrici Galli opes aſpexerint, fœduſvè ullum cum eô icerint, Cæſar ipſe Carolus V. & Johannes Fridericus pater ipſe & confœderati principes Germani ipſi, commodiore loco infra nos docebunt. *poſit. 12.*

Si verò intellectum cupit Johannem ducem Meckelburgicum, itidem eſt, quod in nomine deſideres, cùm propriò, tùm gentilitio ſive familiæ.

Propriô: quod alterum proprium, *Alberti* cognomen ſcilicet, ignorat, vel prætermittit, de quo teſtatur præter Sleidanum, *lib. 24. f. 696.* Chytreum *in Sax.* Eliam Reuſnerum *in aquilæ Roman. principibus Germanicis poſt lib. 2. Iſagog. hiſtor. ſub tit: Duces Megapolenſes*; tranſactio Paſſavienſis *apud Goldaſt. Conſtitut. Imperial. tom. 1. p. 2. ſub anno 52. numer. 37.* & initium ipſorum fœderatorum ſcripti publici, anno 1552. typis excuſi, apud Goldaſtum & Frid. Hortlederum *de Juſtitia, initio, &c. bell. Germ. lib. 5. cap. 3. his ipſis verbis:*

Von

Von Gottes Gnaden. Wir Mauritz Hertzog zu Sachſen/ etc. vnd von deſſelben Gnaden wir Johan Albrecht Hertzog zu Melckelburg/ etc.

Gentilitiô ſive familiæ: Quod confundit diverſas familias. Saxoniæ nimirum ducum, Et ducum Meckelburgiæ.

Philippum autem Heſſorum principem, quâ ratione inter confœderatos numeret, & contra, Philippi filium Wilhelmum Landgravium, à ſocietate fœderatorum excludat, ipſe viderit. Nos meminerimus, etſi dixerit fortaſſe aliquis, Landgravium Philippum, reſpectu ratihabitionis, quæ intervenire potuerit, pro confœderato à Bodino eſſe habitum: tamen non modò fidem hujus rei, penes aſſertorem hæſuram, cum de ratihabitione eâ, nuſpiam nec vola extet, nec veſtigium ullum, ſed etiam prætenſionem eam, ne quidem ſpeciem veri habituram eſſe, ac tantò minus veram futuram.

Non ſpeciem veri: 1. Quia longè ſecretiſſima fuit ea de confœderatione cum Gallo actio, Adeò ut præter confœderatorum perſonas, (quas inter Philippum Landgravium fuiſſe inficias imus) ac Marchionem Albertum, nihil quicquam cuiquam libero de ea creditum ſit. Ne dum captivo & ab hoſtibus undiq; circumſeſſo Landgravio. Teſtis eſt, ipſe, quem modò diximus Marchico, dum ait: Auffs allergeheimeſte ſelbſt perſönlichen/ ohne wiſſen vnd bey ſein einiger vnſer Räthe/ wie vertrawt/ geheim vnd angeſehen die bey vnſer jeden geweſt ſeyn möchten/ beredt/ berathſchlagt vnd vereinigt/ etc. apud Dn. Frid. Hortlederum *de juſt. init: & c. bell. Germ. lib. 6, c. 27. nu. 14.* Teſtis Wilhelmus Grumbachius, *in ſcripto adverſus Bambergenſem & Wurtzburgenſem Epiſcopos ac Noribergenſes edito, apud eund. d. lib. 6. c. 26. n. 41.*

2. Quia non fuit Landgravio Philippo conceſſa ulla facultas, quicquam cum quoquam de rebus ſuis conferendi in cuſtodia, ſine arbitris & obſervatoribus, tametſi notiſſimas & in Cameræ judicio pendentes cauſas ejus concerneret. Wilhelmus Landgravius in S. F. G verwahrungsbrieff gegen Keyſerliche Majeſtät. apud Dn. Frid. Hortlederum *de juſtitia, initio, & c. bell. Germ. lib. 5. c. 9. num. 4.*

Marianus Socin. & Academia Patavina *in reſponſis pro Landgravio editis, quæ extant tom. 3. reſponſ. ſive conſil. à diverſis partim Academiis partim ICtis conſcript. conſil. 17. & 18.* Sleidan. *lib. 22. ſub geſtis menſe Februariô, anno 1551.*

Non veram futuram: 1. Ob initium ſcripti *confœderatorum principum anno 1552. editi:* Von GOttes gnaden wir Mauritz Hertzog zu Sachſen/etc. vnd von deſſelben gnaden wir Johann Albrecht Hertzog zu Meckelburg / vnd wir Wilhelm Landgraff zu Heſſen / etc. 2. Ob hiſtoricorum fide digniſſimorum cum hôc ſcriptô conſenſum. Sleidani, *lib. 24. f. 696. edit. recentior.* Thuani *hiſtoriar. lib. 8. f. 451. edit. Francof. in octavo p. 1.* 3. Ob autoritatem aulicopolitici Eberhardi à Weyhe, *meditam. pro fœd. lib. 1. c. 2. num. 41.* & Hieron. Treutleri ICti celeberrimi, *in d. orat. de vit. & obit. Wilhelmi, quo de agimus, Haſſiæ Lantgravij:*

Jam quod Mauritium Saxoniæ Ducem regis fœderatum facit, in eô quidem minimè aberrat. Quod verò eum vocat Ducem potius, quàm Electorem Saxoniæ, id vacare non videtur vitio invidiæ, aut certè negligentiæ. Hæc enim dies alios mores, alium ſtylum poſtulat, atque illa vetuſtiorum temporum. Quibus Electores Sacri Romani Imperij, neque ab aliis (niſi rariſſimè) electores dici, neque ſeipſos (niſi rariſſimè: Sic enim Albini de Saxonibus Anhaltinis locus jam citandus, temperandus eſt,) electores dicere ſolebant. *P. Albin.* In der Meißniſchen LandChronicke *tit. 16.* Argumento ſit Friderici è Marchionibus Miſnenſibus primi, Electoris Saxoniæ, totidem literis Miſenæ poſitum epitaphium, quod Fabricius verbis integrioribus, annalibus urbis Miſenæ inſeruit ſub anno 1428. f. 60.

*Anno Dni. M.C.C.C.C.X.X.VIII. Dominica proxima poſt circumciſionis, obiit. Illuſtr. princeps: & Dns. Dns. Fridericus dux Saxoniæ, Sac. Rom. imper. archimarſchal. Thuring. Landgravius. marchio Miſſenens. hi. ſepultus, c°. anima requieſcat in pace.*

Itemque initium literarum inveſtituræ, quas Friderici I. Electoris filius Fridericus hujus nominis ſecundus conceſ-

ſit duo-

ſit duobus, ex Hondorffiorum familia, nobilibus *die S. Andreæ anno 1428*: Wir Friderich von Gottes gnaden / Hertzog zu Sachſen / des heiligen Römiſchen Reichs Ertzmarſchalch / Landgraff in Düringen / vnnd Marggraff zu Meiſſen.

Ultimò inter fœderatos locô, nominat Albertum juniorem Marchionem Brandeburgicum. Rectè an ſecus? doceat nos Bodini popularis, ejusdemque Henrici Regis, quîcum percuſſum fœdus eſt, nobilis aulicus, & legatus in Germaniam, Cajus Viraldus. Qui, *literis ad Wigandum Epiſcopum Bambergenſem Schaffhuſæ Helvetiorum datis, eodem ipſo anno 1552. quô prædictum fœdus vim ſuam maximè exeruerat, Decembris die 10.* Es iſt auch (inquit) der bemelte Marggraff (Albrecht) in ſeiner (König Heinrichs des 2.) Majeſtet bündnus vnd verpflichtung nie geweſen / des S. Maj. ſich auff die andere geweſene Bundsverwanten beruffen: *In ſcriptô ipſius Marchionis anno 56 emiſſo, apud* Dn. Frid. Hortlederum *de juſtit. init. & bell. Germ. lib. 6. c. 27. n. 24.* Doceat nos ipſe Marchio *in eodem ſcriptô*: Vnd iſt damals vnter vns kein vnterſcheid geweſt / denn das wir aus verſlichteten Befehl vnnd zugeſagten Beyſtand / ſie aber als zuſammen vereinigte vnd verpflichtete Kriegsherren / gehandelt. *Et n. 34* Im erſten theil dieſes vnſers ausſchreibens iſt nottürfftiglich ausgeführt / das nicht wir / der dazumal kein Kriegsherr für ſich ſelbſt geweſt / ſondern die vereinte Stände als Kriegsherren / jhn durch vns / als jhren Oberſten / vberziehen haben laſſen.

Doceat Epiſcopus Bambergenſis *in ſcriptô Marchionis pluries jam allegatô n. 148.* Als vns dann der Hochgeborne Fürſt Herr Albrecht Marggraff zu Brandenburg der jünger / als Kön: Majeſtet zu Franckreich vnnd deren

 eini-

einiguns verwanten Oberſten/aus ſondern befehl vberzogen/ etc. Sed hîc error condonetur Gallo homini, cum & Germano Weyhio obrepſerit *1. meditam pro fœd. c. 2. nu. 41.* Siquidem, & quandoq; bonus dormit Homerus.

Denique de victis quod addit, id de Johanne Friderico ſeniore Saxone, ejusq; filiis, dici non poſſe modò admonuimus, & infra liquidò probaturi ſumus. Sic igitur de VICTO ſaltem verum. Philippo Haſſiæ Landgravio. Vel ejus vice, de Wilhelmo filio.

## *IV.*

At quando & quamobrem ab iis expetita fuerit illa cum Henrico Franco ſocietas? de eâ re extant Galli noſtri iſta ſeſquipedalia. Primum: *proſtratis* (inquir) *principibus*: 6 de Repub. 6. f. 1129. Et 5. de Repub. 5. f. 901. *Saxonum principibus victis.*

Proſtratos omnes Germananiæ univerſæ, tàm ſuperioris, quàm inferioris principes, à Carolo V. Imperatore, crederes. Pontificos. Evangelicos. Eccleſiaſticos. Politicos. Ferdinandum Romanor. Regem. Electores. Archiduces. Archiepiſcopos. Magiſtrum ordinis Teutonici. Epiſcopos. Duces. Landgravios. Marchiones. Principes. Abbates.

Saxoniam utramque, ſuperiorem, inferiorem, ſub jugum miſſam. Victos, captos, abductos ejus duces omnes & ſingulos. Evangelicos: Johannem Fridericum Electorem Saxonem. Joachimum 2. Electorem Brandeburgicum. Mauritium & Auguſtum fratres, Duces Saxoniæ. Johannem Marchionem Brandeburgicum. Danum ducem Holſatiæ. Brunſuicenſes Grubenhagios. Luneburgicos. Pomeranos. Henricum Megapolitanum. Anhaltinos, &c. Pontificios: Henricum & Ericum juniores Duces Brunſvicenſes.

cenſes. Tametſi Imperatori Carolo vix cum unico horum Johanne Friderico Electore Saxone bellum interceſſerit. Cum cæteris, nullum. Quod fœderi Schmalkaldico nomen ſuum vel dediſſent nunquam antea, vel tempeſtate belli ingruente ſe ei ſubduxiſſent, vel partes Cæſaris, fœderisve Noribergici ſecuti eſſent. Prout notorium eſt antiquæ eruditionis ſtudioſis (hôc enim elogiô Juſtinianus Imp. politices ac hiſtoriarum ſtudioſos condecorat, *Novell. 30. in pr.*) ex ſcriptoribus ejus belli, quod ad differentiam bellorum extra Germaniam geſtorum ab Imperatore quinto Carolo, dictum eſt *Germanicum*. Aulicô, camerariôque Cæſaris facilè primariô, Ludovicô de Avilâ. Philippi Lanoij Principis Sulmonenſis, qui partem copiarum Hiſpanicarum eodem bello duxit, Secretariô, Johanne de Godoi. Johanne Sleidano, aliisque ſcriptoribus poſterioribus, qui horum veluti pennis nuditatem ſuam veſtierunt. Lamberto Hortenſio, Caſpare Gennepô, Natali Comite, atque etiam Jacobo Aug. Thuano.

## *V.*

Deinde: *Germaniâ propè in provinciæ formam redactâ:* d. lib. 5. cap. 5. de Repub. f. 901.

Hîc ut Gallum noſtrum rectius intelligamus, ſciendum eſt, quid ſibi ſolennis illa Romanorum phraſeologia velit: *In provinciæ formam redigere.* Id verô Cæſar docet dum ait lib. 7. debell. Gall. in Orat: Critognati f. 140. *Reſpicite finitimam Galliam, quæ in provinciam redacta, jura & legibus commutatis, ſecuribus ſubjecta, perpetuâ premitur ſervitute.* Et paulò antè de Commii civitate: *Pro quibus* (Commii) *meritis civitatem ejus, immunem eſſe juſſerat, jura legesque reddiderat, &c.* Et adduci poſſent alia id genus loca conſentientia ex *annal.* Taciti, *edit. Gruter f. 1. & 2. & in vit. Agric. f. 217.*

*lib. 6.*

*lib. 6. Cæſarum* Suetonij, *f. 355. lib. 3. f. 177. Lib. 4. genial. dier* Alexandri ab Alex. *f. 205. Cap. 5. de Repub. f. 455. & paſſim,* Henning. Arniſæi. *Cap. 1. Encyclop.* And. Knichen *num. 140. Quæſt. 23. part. 1. qq.* Petr. Heigij. *n 23. & ſeq. Coroll. 2. diſput. 2. de Repub.* Herm. Kirchneri *lit. B. Prælectionibus ad l. 3. C. de ſervitutib. q. 1. & 2.* ICti ampliſſ. & conſultiſſ. Dn. præceptoris ſtudioſiſſimè colendi, Ortolphi Fomanni. *c. 6. lib. 1. de Repub. f. 76. 77. 83. item cap. 5. lib. 5. de Repub. f. 907.* ipſius Bodini, niſi vel ex ſola notatione nominis *provinciæ* ſatis conſtaret: *in provinciæ formam redigere* nihil aliud eſſe, quàm in formam ditionis vinctæ & ſubjectæ. Eſt enim à *procul & vinciendo* dicta provincia. Paucis: Quamdiu imperium aliquod juribus majeſtatis utitur fruiturq; , tamdiu liberum manet. Videt enim ſeipſo ſuperiorem neminem. Ubi verò ijs, vel in totum, vel in aliquibus partibus exuitur & privatur, tùm vel in totum vel ex parte vincitur quaſi, & in alterius poteſtatem, adeoquè provinciæ formam, redigitur.

Dicat nunc Bodinus nobis, an jura, leges, immunitates Germaniæ, Carolus V. immutaverit? An eam ſecuribus, ſeu potius mucronibus Hiſpanicis, ſin minùs totam, ex parte tamen aliquâ ſubjecerit? An eam, provinciasvè ejus, (de perſonis enim principum, earumvè libertate, juribus & querelis, hîc non agimus) ſervitute Hiſpanicâ preſſerit? An in formam ditionis vinctæ & ſubjectæ redegerit? An majeſtatis juribus exuerit? privarit? vincierit?

Sanè, *ſpecie religionis militem peregrinum in Germaniam adduxit. Hiſpanorum & Italorum copias evocavit*, inquit, *d. lib. 5. de Republ. c. 5. f. 902. & ſeq.* Fateor. *Philippum filium Germanorum regem deſignavit, & ab Hiſpanis, ut inauguraretur, accivit, d. c. 5. f. 901. & 6. de Repub. 5. f. 1129.* Concedo. Idem enim à Sleidano optimæ, maximæque fidei ſcriptore, *comm. lib. 22.* idem à Natali comite *hiſtor. lib. 5.* tradi ſcio. *Saxonum principes vicit. d. f. 901.* Sit ita. De Johanne Friderico certè, non negabo. *Ergo Germaniam penè in provinciæ formam redegit.* Vel ut planius exprimam id quod vult: *Ergò eam, ex parte ſeu maximâ, ſeu majori, ſeu magnâ, Hiſpanorum imperiis ſubjecit.* Ad hunc enim modum ipſe ſe interpretatur,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0020-7

tur, ubi mox ſubjungit: *Nam victis Saxonum principibus, cæteros ETIAM Hiſpanorum imperijs ſubijcere tentavit d. c. 5. f. 901.* Hoc verò nullo planè modo do, aut largior.

Nam quod peregrinum exercitum immiſit in Germaniam, Hiſpanorum & Italorum copias evocavit, id non poteſt ſuffeciſſe ad vinciendam vel in totum vel ex parte Germaniam. Haut ſecus, ac ſufficere non poteſt ad capiendam feram aliquam, captare eam, venari, vulnerare, venabulô, canibusvè inſequi. Lepidè enim Juſtinianus noſter, *poſt ICtum Cajum in l. 5. §. 1. in f. ff.* de acquiren. domin. *Multa accidere poſſunt* (inquit) *ut eam non capias §. 13. Inſtit. de rer. diviſ.*

Quod verò exemplô novô, Philippum filium ſine ſuffragio electorum regem deſignavit, & ab Hiſpanis, ut inaugurarètur, accivit: nec ex eô Germaniam penè ſubactam fuiſſe colligi poterit. Etenim hæc deſignatio, pariter & vocatio, irrita fuit. Et qui

*Regius, accitu chari genitoris*, ad urbem.
*Auguſtam puer ivit,* ——— ——— ———

non multo poſt, fruſtratus & exſpes, inde in Hiſpaniam redijt. Caroli imperatoris fratre Ferdinandô Romanorum Rege jam olim deſignatô & creatô, cæterisque electoribus, Imperij & ſua jura acerrimè defendentibus. Sleidanus *d. lib. 22.* Natal. Comes *d. lib. 5.*

Quod deniq; Saxonum principes vicit, id etſi Ludovico etiam de Avila, *apud* Dn. Frid. Hortlederum *lib. 3. de juſtit. init. & progreſſ. & c. bell. Germ. c. 81. n. 255.* Paulo Jovio, ac ſimilibus noſtrarum rerum non admodùm gnaris, impoſuit, leve tamen argumentum eſt vinctæ & in poteſtatem Hiſpanorum ex parte redactæ Germaniæ. Cum captivi principis perſonam ſolam, cuſtodiæ vel ſuæ, vel filij Hiſpaniarum principis, capitulatione Wittebergenſi, Imperator addixerit, Sleidan. *lib. 19.* Ditionem verò omnem Imperio & libertati priſtinæ reliquerit. Ferdinando fratri, tanquam Bohemorum regi, feuda Bohemica: cætera S. Rom. Imperij, non Hiſpaniarum, principi & Electori Mauritio, filijsque captivi, conceſſerit. Sleid. *d. lib. 19.* Plura ſi quis deſiderat, is eorum quæ poſitione antecedente diximus, meminerit, ac Dreſſeri orationem



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0021-2

*de quarta Monarchia poſt millenar.* 5. adeat. Nos contenti erimus, Henrici Merckelij autoris quantivis pretij, verba contra Avilam ac Jovium, prædictos, appoſuiſſe, quæ extant in ejus libro de obſidione Magdeburgenſi *apud* Dn. Hortlederum *de juſtit. init. &c. bell. Germ. lib. 4. c. 19. num. 134. 135. 137.* Von der victoriâ Caroli hat Paulus Jovius auch (wie Avila,) etwan das Maul zu weit auffgethan: *Quod Germania omnis inter Danubium Album & Rhenum ſubacta fuerit, &c.* Denn daran hat noch viel gemangelt. Sintemal in recht nieder Sachſen iſt er noch nicht kommen/vnd iſt zuvor gedacht/was er vor Bremen durch ſeinen Stadhalter vnd Hertzog Erichen zu Braunſchweig ausgericht: Et de Germanis res ipſa loquitur quod in Tacitum Willichius ſcripſit, (*tom. 1. veterum German. hiſtoricor.* Sim Schardij ICti *inſertq*): Neque hodie victi ſunt (inquiens) Germani. Etſi quis potitur rerum in quibuſdam Germaniæ partibus, id non propriè fit, ſed ipſorum Germanorum, quorum auxilia expetuntur virtute & arte, in tanto diſſidio, ubi ſubiugandæ Germaniæ occaſio quæritur & captatur. VINCUNTUR QUIDEM GERMANI. SED NON NISI PER GERMANOS.

## VI.

Tertiò: cum Imperator Carolus V. ex ariſtocratia Germanorum, proſtratis principibus, regnum ſtabilire cuperet, ac jam Philippum ab Hiſpanis acciviſſet, ut Germanorum Rex inaugurararetur. *6. de Repub. 5. f.* 1129.

Prætermitto ſciens, quæ hîc recurrunt, de proſtratis principibus & accito Philippo filio: Siquidem excuſſa *ſuprâ* ſunt, *poſit. 4. & 5.* Et ad id accedo, quod ex ariſtocratia Germanorum, regnum ſtabilire Imperatorem Carolum conatum ait. Quod axioma habet diſpectationem duplicem.

Unam

Unam eam: Sitnè (id quod 2. d. Repub. 14. & ubique contendit ille) Imperium noſtrum Ariſtocraticum? Alteram: Num conatus iſte Carolinus, in regnum ſive monarchiam mutandæ Ariſtocratiæ, an verò aliud quid, fœderatos regi Germanorum principes, ipſumque regem, malè habuerit?

Diſpectio prior perpendenda venit bifariàm. Semel: quid reſpondendum Romanô Germanicô Imperio Theologicè conſideratô, inſpectô Danielis Prophetæ oraculô? Iterùm: quid reſpondendum, Imperio prædicto politicè conſiderato, majeſtatis juribus in perſonâ Cæſaris trutinatis?

Theologicè conſideratô Imperiô, Monarchicum id eſſe Gallus noſter pernegavit *in meth. hiſtor. c. 7. & t. de Repub. 2. f. 659. & ſeq.* Cujus petulantiam ſuccenturiatus Dreſſero *in Orat. de quatuor monarchijs quæ extat in fin millenarij 4. in orat. de quarta Monarchia, quæ extat in fin. millenarij. 5.* nobilis quidam Miſnicus anonymus, ſed ab eruditione inſigni & excelſo officiô, quod in Electorali aula Saxonicâ ſuſtinuit, plus ſatis celebris & clarus, Heinricus Abrahamus ab Einſiedel nervosè compeſcuit, *orat. de quatuor monarchijs, in Salanâ noſtrâ anno 1592. editâ*, cui nos cum Friderico Tilemanno, *in diſcurſ. de Germanis*, lubenter ſubſcribimus.

Politicè eôdem conſideratô, utrum monarchicum dicendum ſit, an Ariſtocraticum? quæſtionis eſt, non minoris. E cujus tricis cum extricare ſe clariſſimus vir Fridericus Tilemannus non poſſet ſub iſtis ſtudij Germanico-politici incunabulis, pugnaci Gallo noſtro Monarchicum quanta maxima contentione potuit neganti *diſcurs. de German. ſup. allegat.* herbam porrigendam cenſuit.

Nos autem, numine propitiô felicioribus reſervati temporibus, intrepidè aſſerimus, Monarchicum eſſe, quod ab eximio viro Hermanno Kirchnero (cui vita & ſanitas) *Orat. 15. ac de Republ. diſputatio 2. θ. 3. & paſſim*, ac ſubtiliſſimi ingenij ICto, Salanæ Papiniano,

 Dn. Aru-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0023-3

Dn. Arumæo, *diſcurs. de jur. pub.* Reinhard. Konig. apud Goldaſtum, *polit. Imper.* Anton. Colero, *tomo 2. diſput. de jure publ. Hanoviæ impreſſ*: M. Thoma Sagittario: *in quadam diſputat. privat.* alijsque viris egregijs, & doctis, citatis ab Arniſæo *de Repub. cap. 6.* demonſtratum ſcimus.

Attamen ſuaſore virò Conſultiſſimo, fautore & amico meo. Dn. Frid. Hortledero, diſtinctione hâc adhibitâ, quæ (ut Salanæ Orator aliquando dixit,) Germaniæ luſciniam, Melanthonem; autorem, *in com. ad lib. 1. polit. Ariſtotelis f. 311. & ad lib. 3. f. 328.* capitulo: *de varijs regum ſpeciebus*, Bodinum ipſum, *in meth. hiſtor. c. 6. ubi de monarchico ſtatu agit*, comprobatorem habet: Scilicet ut inter tempora & gradus Monarchiarum, differentiam conſtituendam eſſe, ſtatuamus. Fuit enim quondam tempus, cum Reſpublicæ adhuc exiguæ & mœnia rara, & certæ leges, certumq; jus nondum latum eſſet, *l. 2. §. 1. ff. de O. I.* Hoc tempore ſive (ut Juſtinus hiſtoricus dicit, *ſtatim in limine hiſtoriar. lib. 1.*) *hôc principiô rerum, nationum gentium*, etſi nihil uſitatius fuit imperandi illô ſummô genere monarchicô, ut is qui Reipub. præeſſet, ſine ullis conſiliorum vinculis, tantùm pro arbitro boni principis, manu regiâ, ſolutè atque liberè ad utilitatem populi ſic imperaret ut liberis imperat puſillæ Monarchiæ domeſticæ Monarcha, paterfamiliâs: Benè tamen obſervatum eſt ab illis politicorum anteſignanis, Eraſmô Roterodamo *in lib. de inſtitut. princip. Chriſtian. c. 1. § ſi princeps contingat. &c.* & Melanthone *d. loc.* imperijs ad eum modum auctis, ut monarcha talis ferendo oneri regiminis eſſe non poſſet, ab iſtô genere, manuquè abſoluta regiâ antiquâ, quantumvis legitimâ, communi omnium ferè gentium Chriſtianarum conſenſu diſceſſum, & plurimis, juſtiſſimisque de cauſis quas *ex orat. principis Illuſtriſſ. & celſiſſimi Dn. Johan. Erneſti junioris, Ducis Sax. Jul. Cliviæ. Bergæ &c. Dn. M. Clementiſſimi hiſcè in Athenis Thuringicis habita cum onus academici regiminis ipſius Clſdo. deponeret*, reddam repoſcentibus, aliam non ita ſummam & abſolutam imperandi rationem inventam, quæ aſtricta eſſet legibus jam latis, & ſaluberrimis conſiliorum vinculis. Cujus, vel unicus Romulus documento ſufficienti eſſe poſſet, *in l. 2. §. 2. de O. I.*

Hæc

Hæc igitur, ut maximè non ita ſit, ſicut prior illa & antiquior, ſoluta & libera, tamen cum de ſummo unius imperio ac poteſtate nihil delibet, nihil decerpat, nihil demat, nihilominùs eſt Monarchica. Majeſtatem enim Monarchicam, ex ſummô unius imperio ac poteſtate æſtimare, convenit, ſicuti definiendô Monarchiam & Monarcham Bodinus ipſemet fatetur & concedit 1. *de Repub.* 8. & 2. *de Repub.* 3. Item in method. hiſtor. *c.* 6. ubi ſic infert adverſus principem philoſophorum Ariſtotelem: *Si enim ſummum IMPERIUM habuerunt, ſanè reges ſunt.*

Quapropter, non ſi Imperator noſter ex primo illo & indefinito atq; exoleto Monarcharum genere non eſt, nec manu regiâ pro libitu & arbitratu ſaltem ſuô, conſultô ex ſtatibus nemine, gubernat omnia, idcircò Monarcha continuò non eſt. Nam &, qui altera hac atque definita, hodieque recepta monarchiarum ſpecie ſunt, & de conſilio fidelium ac patriæ intelligentium ſubditorum gubernant, quæ ad majeſtatem ſpectant, omnia, monarchæ ſunt, ob prædictam rationem, quia IMPERIUM habent, & POTESTATEM monarchicam, ut Imperator noſter, qui in CURARUM quidem & SOLICITUDINIS partem, (ſic enim ex veteribus Tacitus *annal.* 1. & ex Imperatoribus noſtris Ludovicus Pius, *in chron. Spirenſi Chriſtoff. Lehmanni. lib.* 2. & Carolus IV. *aureæ communis tit.* 26. §. *cum ſacri*, loquuntur) vocavit plurimos. At in imperij, & poteſtatis partem, nullos.

Et ideò, ut olim, regibus regnantibus, ſtatus Reipubl. Romanæ, tum etiam monarchicus erat, (quicquid Frid. Tilemannus, *diſc. philol. de hiſtoric. delect. p.* 2. *f.* 205. & *diſp. Pand.* 1. *th.* 22. & alij, de eo ſentiant) cum Romulus & ſequentes boni reges, non amplius gubernarent omnia, manu regiâ, (cujus appellatione omnis poteſtas venit, & omne imperium *l.* 2. §. 1. & 14. 15. *ff. d. O. I.* imperitantis lubitum. *Tacit.* 3. *annal.* ſive boni viri æquum arbitrium, Eberlin. *de O. I. c.* 3. Alberic. Gentil. 2. *de legat.* 16. Scip. Gentil. 1. *de juris dict.* 1. Oldendorp. *in notis ad libri* 1. *Pandectar. l.* 2. *de O. I. verb.* Manu: Bodin. 2. *de Repub.* 3. *in pr.* & 4. *de Repub.* 6. *f.* 717. & 6. *de Repub. ult. f.* 1177.)

 multò

multò minus autem, ſolis domeſticis conſilijs, quibus Livium *lib. 1. dec. 1.* aulica conſilia ſignificare credimus, Rempub. adminiſtrarent: Sed cum eſſet auctus & in certes curias diviſus populus, TUNC Reipub. curas per ſententiam earum partium expedirent, *l. 2. §. 2. & 16. d. O. I. L. un in pr. D. de offic. quæſtor.* Liv. *dec. 1. lib. 1. ubi loquitur de more conſulendi de omnibus, ſenatum vel populum, à Tarquinio ſuperbo primùm ſolutô.* Scip. Gentil. *3. de jurisdict. 1.* Ratione ea: quod imperium & jus jubendi vetandique ſummum, penes eos manſiſſet.

Utque olim regibus exactis, majeſtatis jura, quæ penes monarcham ſunt in monarchia, erant penes populum, tametſi populus nihil rerum graviorum jubere ſoleret, niſi ſi ſenatus autor factus eſſet, unde illæ bonorum autorum ſtylô tritæ loquendi formulæ: *Senatus decrevit, populus juſſit: Senatus cenſuit, populus juſſit: Patres autores facti, populus juſſit: Ex autoritate patrum, decrevit populus: apud* Briſſonium *de formulis populi Rom.* Bodin. *1. de Republ. 3. f. 407. & in libell. de diſtribut. univerſ. juris.* Johan. Ramum. *ad rubr. tit. Inſtitut. de antorit. tutor.* Ratione ea; quod poteſtas, quæ eſt imperij, eſſet in populo, Johan. Ramus *d. loc.*

Iterum ut olim abolito ſtatu Democratico, ſumma rerum redijt ad priorem monarchicum, tametſi populus lege regiâ, IMPERIUM ſaltem SUUM tranſtuliſſet in principem, quod habuerat vigente Democratia, *l. 1. ff. de conſtitut. princip. §. 6. Inſtit. de jur. nat. gent. &c.* autoritatem verò priſtinam, ſenatui reliquiſſet. Ratione eâ: quod ex imperiò non autoritate æſtimandus ſit, apex Monarchicus:

Denique, ut olim deceſſit nihil de Theodoſij ac Valentiniani majeſtate monarchicâ, tametſi ſeſe alligarent patrum Reipubl. ac procerum ſuorum aulicorum conſilijs, cùm beatitudinis Imperij, tùm gloriæ vel reputationis (ut nunc loquimur, quamvis conſiliorum vinculô dignitatem

monar-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0026-9

monarchicam imminui vel certè obſcurari, pernitioſe putemus) ſuæ gratiâ: Ratione eâ: quod jus firmandi aut jubendi ea, quæ illi conſuluerant, ſibi reſervarint, in quo jure majeſtas monarchica verſatur tanquam in cardine *l. 8. C. de LL.*

Ita non minùs Imperator noſter monarcha eſt, habetque jura ſummæ majeſtatis monarchicæ, tametſi exemplô prædeceſſorum ſuorum, Imperatorum veterum cùm Romanorum *in l. 4. & 8. C. de LL. l. 3. C. de teſtament. l. 23. ff. de legat. 3.* tùm ſatoris ipſius, Germanici Imperij Caroli Magni, *apud* Goldaſt. *in conſtit. de regiâ Imperij transalpini ſede tom. 2. conſt. Imperial: in pr.* ac ſequentium, utatur & aſtringat ſeſe conſilijs ordinum Imperij.

Ratione eâ: quod imperium ac poteſtas, penes ſolum Cæſarem: Penes ordines, res eſt ab imperiô diverſiſſima, (ut diximus,) conſulendi jus & autoritas. Idque ſignificans Imp. Fridericus I.

*Non ſervire equidem cogar, ſed CONDERE IVRA*
*FAS HABEAM, VESTRIS cupio diſponere cuncta*
*CONSILIIS:*

ait, apud Maronem Germaniæ, Guntherum ad congregatos in comitijs ordines, Ligurin. *lib. 8. tom. unico veterum Germaniæ ſcriptorum Juſti Reuberi ICti f. 405.* Et iterùm.

*CONSVLITE in medium, quas ME vel FERRE recentes*
*Vel ſenium paſſas leges, renovare velitis &c.*

ubi in notis Jacob. Spiegelius ICtus: *Conſiliariorum cœtus jus faciendi non habet* (inquit) *ſed conſultandi tantùm.* Et conſentiens cum eô Gallus noſter: *Aliud eſt legem ferre. Aliud de lege ferenda conſultare. Hoc Senatus, illud Principis, In method. hiſtor. cap. 3.* Idemque obſervat Gentilis Scipio, *in Oratione de Lege regia, Ac de jure publico diſputat. 3. th. 44.* Ut ne quid interim dicam:

Id ho-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0027-5

Id hodie Imperatoribus noſtris eſſe Imperij ordines, vocatos ad comitia, quod olim regibus, populo, Cæſaribus Romanis, diviſus conſilij capiendi causâ, in curias populus, vel ſenatus collectus ê patribus. Oldendorp. *in not. ad lib. Pandect. l. 2. ff. d. O. I. operum ſuor. f. 73. & ad l. 9. ff. de L L.* Marckgraff Georgens zu Brandenburg Theologen in bedencken von der gegenwehr apud Dn. Frid. Hortlederum *de juſtit. init. & c. bell. Germ. lib. 1 c. 8.* Hinc illa: Reichsrath. Churfürſtenrath. Fürſtenrath. Stäterath. Habere vel celebrare curiam. Imperialem curiam. Regalem curiam. Generalem curiam. Totius regni curiam. Solennem curiam. Hoffhalten / Käyſerlichen Hoffhalten: Pro eô quod eſt: habere vel celebrare Imperij comitia. Apud Carolum IV. *ſtatim in pr. aureæ communis & ſequentibus titulis non paucis: alijsq; apud veteres Germaniæ ſcriptores locis infinitis.* Hinc curiatæ Cæſarum noſtrorum leges, de quibus conſulere licet Marq. Freherum *in pr. notarum ad conſtitutionem Adolſi Imp. de Rheni inſulis.* Hinc etiam conſuetudo, commutandi legum nomina. Nam ut olim Regum Romanorum leges, modò *Romuli*, alteriusvè *leges* dicebantur, modò *curiatæ, L. 2. §. 2 de O. I.* Et populi leges, *conſulta virorum prudentium l. 1. ff. de L L.* quæ non ſolus, ſed *cum lege*, (veluti loquitur ICtus Pomponius *in d.* l. 2. *§. 11. de O. I.*) hoc eſt, juſſu populi, *§. 4. Inſtit. de jur. nat. gent. & civil.* Gell. *10. noct. 20.*) ſuaſiſſet ſenatus. Et principum leges, modò, *orationes recitatæ in ſenatu à principibus*, modò, *conſulta ſenatus*, Eberlin. *de O. I. c. 9. n. 31.* Vigl. *ad §. ult. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* Briſſon. *1. ſelect. ant. 16.* Idque ob amicam illam & indiſſolubilem ſenatus publici conjunctionem, cum eô, qui habebat majeſtatis jura, tametſi legum ferendarum jus, & majeſtas Imperij, ac poteſtatis ſummæ, neque in curijs populi, nequè in ſenatu ê patribus collectô, eſſet: Ita etſi in Imperiali vel electorali ſenatu noſtrô nihil magis imperij ac poteſtatis ſit, ob eandem tamen conjunctionem, jura noſtra, modò *Receſſus Imperij*, modò, *Caroli, alteriusve Imperatoris leges* vel *conſtitutiones* dici videmus. Sed ne prolixiores juſtô ſimus, ad alteram diſpectionem transeamus.

Ejus ergo articulum primum, etſi affirmet Bodinus. d. lib. 6.

*lib.6.c.5.f.*1129. habeatq; conſentientem Frid. Tilem. *in diſcurſu de German.* nos tamen eum negamus. Et non illud conqueſtũ regem, cæterosq; fœderatos principes, dicimus, quod Imperator velit è ſtatu noſtrô, qui ſit Ariſtocraticus, facere monarchicum. Sed è ſtatu qui ſit legitimus & juſtus, facere illegitimum, injuſtum, dominatum, tyrannidem. Qui ſtatus, & quæ tyrannis, cum ſtatu legitimo & juſto, ſive is monarchicus ſit, ſive ariſtocraticus, nihilò plus commune habét, quàm Chriſtus cum Beliale, Juſtitia cum Injuſtitia, jus cum injuria, lux cum tenebris, vita cum morte, Herm. Kirchner. *orat. 15.*

Nec moramur, quod Henricus Galliarum rex ſecundus dicit in ſcriptô anno 1552. publicè divulgatô, apud Dn. Frid. Hortlederum *de juſtit. init. &c. bell. Germ. lib. 5. c. 3. n. 7.* Daraus nichts gewiſſers folgen kōnte / denn das eine Monarchia dem Keyſer vnnd dem Hauß Oſterreich erbawet würde. Quæ verba ſic tranſtulit Sleidanus: *Sic, ut amplius dubitari non poſſit, quin monarchiam ille ſibi & Auſtriacæ familiæ conſtituat*: com. lib. 24. f. m. 699.

Item, quod Mauritius Elector & fœderati cæteri principes Germanici: *Jam id genus artes omnium oculis expoſitas eſſe* (inquiunt) *ut illa tot nunc annis fabricata Monarchia conſtituatur aliquando*: apud Sleidan. *d. lib. 24. f. 696. &* Dn. Frid. Hortlederum *d. lib. 5. cap. 4. n. 2.*

Nam regem principesq;, hîc non tàm uti *monarchiæ* vocabulo, pro ſummo & legitimô unius imperiô, quàm abuti, pro dominatu injuſto, & tyrannico, ex contextu antecedente & ſequente, apparet manifeſtiùs, quàm ut negari queat.

Nam primò rex ad ſe delatum à principibus dicit: Das ſie mit vnträglicher Tyranney vnd ſervitut vom Keyſer verdruckt / vnd in ein ewige Dienſtbarkeit geführet würden. Quæ verba ſuccinctè ſic extulit Sleidanus: *SERVITVTEM ſibi parari*: comment. lib. 24. f. 699. Et: *ſi ſtatus mutatio fiat & Germaniæ libertas ſua auferatur*, d. loc. Deinde ait, hoc quæri ut conſtituatur monarchia dem Keyſer (Carolo nimirum V.) vnnd dem Hauſe Oſterreich / alles

D mit

mit verluſt Teutſcher Nation / Freyheit / vnnd vieler Leute vntergang. Tertiò Mauritius ſeptemvir ſocijq;: *hoc agi* (inquiunt) *ut in fœdam & ignominioſam SERVITUTEM adducãtur omnes, quô nomine poſteritas ſit habitura cauſas, ignaviam hujus temporis deplorandi quô LIBERTAS OCCUBUERIT*, apud Sleidan. *d. lib. 24.* Denique Albertus Marchio: *cum hujus* ( inquit) *ignominiæ & SERVITUTIS depellendæ cauſa principes aliquot arma ſumſerint, ſe quoq; operam illis addixiſſe*, apud eund. *d. lib. 24.*

Quippe, Monarchia, cum juſta regnandi ſpecies ſit, diverſiſſimas ( ut diximus) à dominatu, & à tyrannide, rationes habet, iijsque è regione adverſatur. Non ſervitutem ſubditorum quærit, multoque minus, fœdam & liberis hominibus ignominioſam ſervitutem. Non libertatis jacturam, & occubitum. Non perniciem ſubditorum. Sed libertatem promovet & conſervat, *l. 25. ff. de appellationib. l. 1. C de offic. præf. præt. Africæ.* atque *ita Reipub. curam gerit* (veluti Imperatoriè dixit Imperator Fridericus 1. *c. un. in pr. de prohibit. feud. alienat. per Frid. 2. F. 55.* cui concinit Auguſtus Imp. *in pr. L. 3. D. de off. præf. vigil.* Juſtinianus, *in L. 34. C. de inoff. teſt.*) *ut ſubjectorum commoda inveſtiget, utilitas regni incorrupta perſiſtat, & ſingulorum ſtatus jugiter ſervetnr illæſus.* Herm. Kirchner. *orat. 15.* Bodin. *2. de Repub. 2. & 4.* Nicol. Oreſmius *de mutat. monet. c. 22.* Arnol. Clapmar. 3. *arcan. 2.*

Adhæc, elucet ſatis, ex poſtremis Friderici I. verbis, monarcham, qui id ſtudet, ut ſubditorum ſuorum ſtatus, non ſervetur jugiter illæſus, è legitimorum albô, ſemetipſum eximere. Debet n. gubernator bonus & legitimus, ( id quod ſuſcepturi gubernacula Imperatores noſtri, & pleriq; omnes principes Imperij, etiã glorioſiſſimæ domus Saxonicæ, promittunt,) *vaſallos ſuos ac ſubditos ſervare in eô ſtatu in quo reperit*, ut Joh. de Platea verè dixit, *in L. neminem in f. C. de decurionib.* Et *gloſſ. in L. moveor C. ſi ſerv. exportetur : in quo ſtatu te invenero, in tali te ſervabo.*

Denn

Denn wo kein Stand behelt ſein Ehr/
Bleibt in dem Reich kein Freyheit mehr.
Wies bey Tyrannen denn zugeht.
Freyheit bey jhn gefehrlich ſteht.
Es neidet allzeit der Tyrann/
Ein Freye Stadt/ein freyen Mann.

addit ſcitiſſimè, der jungen Fröſche Vorſinger vnd Calmeuſer im alten Mäſchenwigk (prout ſe ipſum vocat in ſubſcriptione dedicatoriæ) autor des Froſchmeußlers Georgius Rollenhagius, gymnaſij veteris urbis Magdeburgenſis ſcholarcha quondam, non illaudatus. Idque eſt, quod reprehendit Jacob. Meyer, in Ludovico II. Gallorum regem. De quo ita ſcribit, annal. Flandriæ lib. *17. Exiſtimabat Ludovicus rem Gallicam ad monarchiam eſſe revocandam. Tot regulos perniciem afferre regno. Addendos eſſe regiæ ditioni omnes 12. patritiorum principatus. Hæc nocte dieque malo pravoque volvebat animo.*

Quare, ſi id quæſivit Imperator Carolus, ut SIBI DOMUIQUE AUSTRIACÆ monarchiam conſtitueret, non monarchiam verè & propriè, ſed abuſivè & impropriè ſic dictam, quæſiviſſe, dicendus erit. Quandoquidem ut alia regna Monarchica, non monarchæ ſunt, ſed populi propria, Johan. Althuſ. *in præfat. polit.* Steph. Jun. *vind. cont. tyran. q. 3.* Sic monarchia noſtra non erat Caroli Cæſaris, ut Caroli: domusq; Auſtriacæ ſed Caroli Cæſaris, ut Cæſaris, & Imperij.

Quò ſpectant notiſſimæ illæ & ubivis locorum obviæ dicendi formulæ: Vnſer vnd des heiligen Reichs Churfürſt. Fürſt. Stadt. Vnſer vnd des heiligen Reichs/ lieber getrewer. Bey den pflichten/ damit jhr vns

vnd dem heiligen Reich verwandt/ etc. Oldendorp. *ad L.1. de conſtit. princip.* Thom. Michael. *de S.S. Cæſ. Maj. jurisdict. th.14.* Steph. Jun. *vind. cont. tyr. q.3.*

Quod ſi verò fortè quis miratur, tali in ſignificatu abuſivô, monarchiæ verbum his in ſcriptis regum principumque à nobis accipi, is ſciat à Lamberto Schaffnaburgenſi egregio ſcriptore, veterumque paucis ſecundô, ſimilem in modum id jam olim uſurpatum, ubi de Bremenſi archiepiſcopo ſcribit: *Hoc adeò fiebat odio Bremenſis archiepiſcopi, quem omnes criminabantur, ſub prætextu regiæ familiaritatis, MONARCHIAM uſurpaſſe MANIFESTAE TYRANNIDIS:* in libr. de reb. geſt. Henric. 4. *tom. 1. veter. German. ſcript. Ioh. Piſtorij Nidani f. 175.*

Quin etiam addo, eôdem ſenſu Monarchiæ vocabulum ſumi à Moguntino, in notiſſimô apud Sleidanum locö. *lib. 1. f. m. 19.*

Eôdem, â Franciſco 1. Galliarum Rege, apud Freher. *tom. 3. German. ſcriptor. f. 295.* Et Frid. Hortlederum in opere: *De cauſis belli Germanici lib. 1. c. 18.*

Eodem, à Johanne Friderico Saxone & Philippo Landgravio in reſponſione ad proſcriptionem Cæſaream, apud Hortlederum *de juſtit. init. &c. bell. Germ. lib. 3. c. 30. n. 18.*

Denique eôdem à Luthero in epiſtola ad paſtorem quendam, *in tomum. 7. Ienenſ. f. 386.* relatâ.

Id quod à Dn. Friderico Hortledero acceptum, dante altipotente, tempore oportuniore evidentius demonſtrabitur.

## *VII.*

Denique: *cum Caroli V. ſervitute premerentur*, inquit, de omnibus, quos nominaverat principibus Germanicis, 5. *de Republ.* 6. *fol.* 912.

Tametſi hac in re ſibi ipſi non conſtet, & quos 5. *de Repub. 5. f. 901. ſervitutis* ſaltem *metu*, liberatos dixerat, locô indicato

indicatô *ſervitute ipſa preſſos* affirmet. Quod ùt dimidia ex parte verum eſt in Johanne Friderico Saxone & Landgravio principibus captivis, (captivitate enim in ſervitutem redigimur §. 3. & 4. *Iuſt. de jur. perſonar:*) Ita ex alterâ dimidiâ falſum, in Mauritio & Marchione, qui in ſcriptis ſuis, *hoc ſpectari* ſaltem *dicunt, ut illa tot jam annis fabricata monarchia conſtituatur aliquandò. Hoc agi, ut in fœdam & ignominioſam ſervitutem omnes adducantur. Labefactari libertatem. Servitutem jam imponi*, apud Sleidan. comm. lib. 24.

## *VIII.*

Quid ergo Rex, ad hanc petitionem ſupplicem, proſtratorum, victorũ, Hiſpanorum imperijs ſubjectorum, ex optimatum ordine deturbatorum, & in ſervitutem redactorum principum? *Rex* (ait) *qui antea ſe concordiſſime geſſerat cum Cæſare*, 5. de Repub. 6. f. 912.

Immemor belli, in gratiam Octavij principis Placentini & Parmenſis à rege adverſus Imperatorem Carolum ſuſcepti, cujus rex ipſe in ſuo ſcriptô meminit, apud Sleidan. *lib. 24.* & Hortlederum *de juſtit. init. & c. bell. Germ. lib. 5. c. 3. n. 10.* Et immemor ſcriptorum adverſariorum pontificis Julij, Carolique V. Cæſaris, ab unâ, itemque regis ſui ab alterâ parte, de juſtitiâ ejuſdem belli evulgatorum, quorum ſententiam recenſet Sleidanus *com. lib. 22. f. 650.* Thuanus *hiſtoriar. lib. 8.*

Fuit a. (ut hôc addã obiter) is Octavius, gener Imp. Caroli V. ob ductã filiam ipſius notham, Margaretam, Sleidan. *lib. 12. f. 331.* Filius Petri Aloiſij Placẽtini & Parmenſis tyranni longè ſceleratiſſimi, qui ſpurius fuit Pauli 3. pontificis inter impios facilè maximi. Malum ovum, mali corvi. Is à Placentinis ob nefarias libidines & immania ſcelera domi ſuæ anno 1547. tandem confoſſus, & cadaver ex muro ſuſpenſum ac aliquan-


diu

diu agitatum, deinde poſtea in foſſam canibus & corvis projectum, & ab accurrente populo conculcatum ac pugionibus confixum eſt. Sleidan. *lib. 19. f. 593. Thuan. circa finem hiſtor. lib. 4.* Bodin. *4. de Republ. 7. f. 737.* Quæ horrenda cædes illa eſt, cujus ſe ſpectatorem fuiſſe ſcribit Michael Hoſpitalius Galliarum Cancellarius, data ad Adrianum Dracum Senatorem Pariſienſem, epiſtola, quæ ſermon. lib. 1. extat:

*Quin & (horrendum) gaudent illudere victo,*
*Et ſuper accumulant opprobria. Deniq; ferrô*
*Teſtibus exſectis, ſuſpenſum corpus in altum*
*Fune trahunt, & læta ſuæ ſpectacula plebi*
*Oſtentant, cæſoq; jubent ſperare tyrannô,*
*Et libertatis ſpe, neſcia pectora, complent.*
*&c.*
*Hæc ego penè oculis, ut erant teterrima, vidi.*
*Vidi fulgentes gladios, & ſanguine ſparſas*
*Penè manus, tepidumq; recenti è vulnere telum.*
*Projectum canibus, crudeli more, cadaver,*
*Et circum denſo volitantes agmine corvos.*

IX.

Pergit: *Qui pro ſuperiore agnitus in fœdere, cujusque majeſtas comiter colenda recepta & qui gerendi belli dux communibus ſuffragijs creatus erat:* 1. de Repub. 7. f. 122.

Quamvis ſuperbæ hujus aſſertionis priores partes ipſe rex in modò allegato ſcripto refellat. Illis verbis: Vnd derhalben haben wir vns auch deſſen entſchloſſen / daß wir all vnſer Macht / Hülff / Rath / Freunde / auch vnſer eigen

eigen Perſon mit den gemelten Fürſten vnd Ständen in eine gemeinſchafft auffſetzen wollen / apud Dn. Frid. Hortlederum *d. c. 3. n. 19.* Quæ ad redarguendum Gallum, Eberhard. à Weyhe adduxit *1. meditam. pro fœd. 2. num. 41.*

Inæquales quidem (fateor,) perſonæ fœderatorum, ſeparatim & ſine reſpectu fœderis conſideratæ, fuêre, ad ſtatum & dignitatem earum quod attinet. At æquales, fœderis reſpectu atque ratione, quæ hîc intuenda eſt, atq; ex jure civili nota, *l. 29. ff. pro ſocio.*

Poſterior pars, quô pacto cum Thuano conſentiat, qui *primarium belli ducem* Mauritium vocat *lib 8. f. m. 369.* & cum Sleidano, qui totius belli ducem *comm. lib. 24.* Bodinum ipsum, ſi viveret, melius intellecturum, mê, non modò fateor, ſed etiam libenter patior.

## X.

*Is* [inquit] *Cæſari, fortiſſimè reſtitit.* 6. de Repub. 5. f. 1129.

Et quidni *fortiſſimè?* Cum copias hoſtiles nullas viderit? Multò minùs cum ijs conflixerit. Minimè omnium, eas fuderit & fugarit?

At enim: *reſtitit fortiſſimè, cum mutandæ ariſtocratiæ gratiâ, jam accivisſet ab Hiſpanis Philippum filium, ut Germanorum rex inauguraretur.* Quippe, hoc de conatu Caroli V. loquitur, adductô in poſitione noſtrâ locô, inquiat aliquis.

Verùm ſine applauſu veri, & meô. Cum Sleidanus *com. lib. 22. f. 691.* ac Natal. Comes. *hiſtor. lib. 5.* & Ferdinando regi atque electoribus cæteris aſcribant eam reſiſtentiam, & accerſitus ab Hiſpanis puer regius, jam anno 1551. ſub exitum Maij Auguſtâ in Hiſpaniam reverti cœperit. Quô tempore fortaſſe vix cogitatum, nedum actum aliquid cum Gallo de fœdere eſt, & manu aſſerendâ libertate Germanicâ.

Quo-

Quo circà, fortiſſimum heroem Mauritium Electorem Saxonem, alterum Germaniæ Arminium, eique in expeditione ſociatos principes, Wilhelmum Haſſiæ Landgravium & Johannem Albertum ducem Meckelburgicum, non defraudemus laude hac fortiſſimæ reſiſtentiæ, nec eorum ſanguine & ſudore partam gloriam, (imitati militem glorioſum, apud Comicum) in alium transferamus. Hi enim, Hi (inquam) illi ſunt, qui clauſtra montium & viarum anguſtias fortiſſimis præſidijs firmatas & ita communitas, ut nullo planè modô ijs noceri poſſe videretur, expugnarunt. Qui per adverſum & præruptum montem, in munitiſſimum arcis Erenbergæ propugnaculum, eoq; nomine Antonij Quettæ ICti conſiliô 14. clarum, vi & virtute, penetrarunt. Qui tredecim è ſignis præſidiarijs, novem ceperunt, quatuor fugarunt. Qui per alpes, legiones ſuas Oenipontem traduxerunt. Qui hoſtem noctu, è ſede Oenipontinâ, Villacum, ad milliaria aliquot, moverunt. Sleidanus, *com. lib. 24.* Thuanus *hiſtor. lib. 9.* Et hæc res præbuit argutulis quibuſdam & improbè facetis occaſionem jaciendi in Carolinum Symbolum, PLVS VLTRA, dicterij, (referente Merckelio, in lib. *de obſid. Magdeburg. n. 126:*) PLVS VLTRA: *ſcilicet*, OENIPONTE VILLACVM. Itemquè illi non invenuſto verſiculo, de felicitate Caroli V. Cæſaris:

*Ni Metz, Ni Mauritz, Ni Mauritania, Ni Magd,*
*Ni Mors, quid multis? eſſem per ſingula felix:*

paulò aliter formatô ab autore diſcurſus, *de pace Vngarica*, adjecti, commentario rerum Vngaricarum Laurentij Pecceinſteinij.

## XI.

Is: *ingentem exercitum conſcripſit, ac tantum abſuit ut eo nomine pecunias acciperet, ut etiam ducenta aureorum millia Germanis principibus, belli adver-*

*adverſus Carolum gerendi cauſa, largiretur magnificè*: 5. de Repub. 6. f. 912.

Sane, ſi contuliſſet rex id munus in principes, non aliâ de cauſâ quàm ut munificentiam ac liberalitatem regiam exerceret, eſſet, quod magnificentiam ipſius prædicaremus, & prout jus jubet, ac doctrina ICti, *in l. 1. in pr. D. de donat.* donationis nomen ei non denegaremus, verùm diceremus potiùs cum Michaele Hoſpitalio, maximô & prudentiſſimô Galliarum cancellario, intenſo quaſi ad Henricum II. regem digitô: Hic,

*Hic rex legitimus Francorum, non tulit ægrè*
*Vicinos populos in libertate manere.*
*Quin etiam oppreſſos adjuvit milite & armis.*
*Atq; illi tantis merces ampliſſima ſemper*
*Pro meritis eſt viſa, pijs in mentibus hærens*
*Gratia: quæ magni merces eſt vera laboris:*

In gratulatoria ad eundem Henricum regem de Meti urbe captâ *lib. 2. ſermon. epiſt. 8.*

Jam verò, cum Gallus noſter ipſe, pro verô venditet, (verè an ſecùs, infra videbimus) in fœdere Henricum Regem pactum, ut ſibi tres imperij urbes Gallis finitimas occupare liceret, *d. f. 912.* adeoquè non obſcurè annuat & concedat, fuiſſe longè aliam cauſam exercendæ illius munificentiæ: nempe, ut eò facilius conſenſum fœderatorum (ſi modò intervenit unquam aliquis) eliceret, ſibique pulcherrimè fœneratum redderet, ſuum illud beneficium; Siquidem nulla muneris iſtius, urbiumque pactarum & ijs adglutinatorum epiſcopatuum Imperij, æqualitas eſt, etſi ponere vellemus, Imperio fuiſſe bona ea cum annexis regalibus venalia: Idcircò nihil profectô aliud Germani, habemus, quod de Henrico Rege dicere poſſimus, niſi quod Martialis olim dixit, de ejuſmodi donatoribus *lib. 1. epigram. 136.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0037-0

*Quî potes inſidias, dona vocare, tuas?*
*Sic avidis fallax, indulget piſcibus, hamus &c.*

Et *lib. 5. epigram. 18.*

*Odi doloſas, munerum, & malas artes,*
*Imitantur hamos dona. Namq; quis neſcit*
*Avidum voratâ decipi ſcarum muſcâ?*

Quodq; autor des Froſchmeußlers ſupra indicatus, de eo ipſo Henrico rege videtur jam dixiſſe, *p. 1. lib. 3. cap. 4. & 5.* cum ex c. *2.* partis 6. lib. *2.* ſatis eluceat, eum de expeditione Mauritianâ agere.

Et quidem, præfatus Michael Hoſpitalius, ne quid tale diceretur de eo, Henricum regem (prout conſiliarium & cancellarium fidelem decet) diligentiſſimè & graviſſimè admonuit, verſu elegantiſſimô quem hûc apponam, ex modô allegata gratulatoria, de Meti urbe capta, ad Henricum *2.* Galliarum regem, 2. *ſermon. epiſt. 8.*

*Tu verò quem tot cumulat fortuna triumphis,*
*Ipſa quot in partes varias Europa ſecatur,*
*Cui decus eſt duplex, pulsô bis Cæſare, partum,*
*Diſce modum ſervare, alienô diſce periclô,*
*Diſce cupidinibus certos præſcribere fines,*
*ET SERVATORIS POTIVS nomenque parentis*
*Pelbis ama, QVAMVEL DOMINI, VEL REGIS ACERBI.*
*Nam fuit exitio multis hoc regibus olim*
*Cæſaribusq;. Fuit prius illud ſæpè ſaluti.*
" *Nulla magis, populis, externos prælia reges,*
" *Commendant, quàm cũ monſtraverit exitus, illos*

*Nec*

" *Nec rem principiô, nec opes quæſiſſe, nec ulla*
" *Imperia, obductô ſimulatis artibus hamô.*
" *Tantùm ſponte ſuâ & veræ virtutis amore*
" *Ductos, auxiliô voluiſſe opibusq; juvare,*
" *Quos vis ſervitiô preſſos aliena teneret.*
" *Nec generi humano contingere gratius ullum*
" *Munus, libertate poteſt &c.*

Verùm *urgentibus fatis monita ſalutaria nihil proficere* veriſſimè dictum reliquit Livius, apud Sim. Schardium ICtum, *hiſt. tom. 3 ad annum 1559.* & Dauthium *in commoneſ. de ICti fine & officio in diſſidijs eccleſiaſticis, f. 60.* Ac

*Turpe quidem dictu, ſed ſi modò vera fatemur,*
*Gallus amicitias utilitate probat.*

## *XII.*

Quid multa? *Is principes & urbes Germaniæ ſervitute liberavit,* ait 5. de Repub. 6 f. 912. *Idq; liberatos, libris pervulgatis confiteri non dubitare,* 5. de Repub. 5. f. 901.

*Servitute liberavit principes.* Quos? Johannem Fridericum ſeniorem Saxonem, Landgraviumque Philippum captivos? quorum vindex haberi rex volebat, hôc aſſumtô titulô: Henricus II. Francorum Rex. Vindex Libertatis Germaniæ, Et Principum Captivorum: qui in fronte ſcripti regij vernaculâ noſtrâ anno 1552 editi etiamnum conſpicitur, apud Dn. Hortlederum *ſæpius allegato lib. 5. c. 3.* ac teſtimoniô Sleidani *lib. 24.* corroboratur.

An etiam eos, quos cum illis, Bodine, nominas *d. f. 912.* Mauritium Electorem Saxonem, & Albertum juniorem Marchionem Brandeburgicum?

Atqui, ſuperbiat rex licèt, cum iſto ſuô titulô, & quantumcunq; velit, criſtas ſuas erigat, Johannem tamen Fridericum ſeniorem ducem Saxonem quod attinet, nobis nunquã perſua-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0039-5

ſuadebit, ut credamus id actum ſeriò à rege ſocijsque (quos Sleidanus addit *lib.* 24.) cæteris, quod tum ſimulatum fuit, ſophiſmate politicô. Scilicet ut lucrarentur eorum ſtudia ac voluntates, qui Saxoni ſeniori adhuc non leviter addicti erant.

Idque obſequentes cauſas & teſtimonia, omni exceptione majora. 1. Cæſaris ipſius Caroli V. Qui in aureâ Reſtitutionis ſuæ bullâ Auguſti die 27. anno 1552, Auguſtæ data, fatetur, hanc ſe habuiſſe cauſam non poſtremam, [dimittendi Joh. Friderici Saxonis captivi, quod de percutiendo] fœdere cum Gallo compellati ejus filij, interdicente parente, aſſentiri noluerint.

2. Ferdinandi fratris Romanorum regis: Qui aſſentiente Mauritio & fœderatis cæteris in Paſſavienſi trãsactione: Als vns hievor (inquit) zeitlich in mehr wege angelanget/welcher maſſen ſich im heiligen Reich/etc. Kriegsgewerb/Rüſtung vnd empörung erzeigen vnd aus des hochgebornen Philipſen Landgrafen zu Heſſen cuſtodien vnd verhafftung jhr fürnembſte Vrſach ſchöpffen vnd nehmen ſolten/etc. Apud Goldaſt. *tom. 1. conſt. Imp. p. 2. ſub anno 1552.* & Hortleder. *lib. 5. de juſtit. bell. German. c. ult.*

3. Captivi ipſius Saxonis, qui libertati redditus in comitijs provincialibus Salfeldenſibus, anno 1552. celebratis, de dimiſſione ſua, hæc retulit ad ordines: Vns ſind zwar die gedruckten Ausſchreiben (regis & unitorum cum eô principum) in welchen angezogen wird/daß der nechſte Feldzug zum theil vmb vnſer erledigung willen angefangen/vnverborgen. Aber die gehaltene Täge (Lincij & Paſſavij) vnd geflogene Handlungen bezeugen gnugſam/das hierin Wort vnd Wercke bey weiten nicht vbereingeſtimmet/etc. hierumb auch in der gantzen vergangen handlung zu Lintz vnd Paſſaw vnſerer erledigung zu vnſern beſten nicht mit einem einigen Wort erweh-

erwehnet worden. Apud Hortleder. *de juſtit. bell. Germ. lib. 3. cap. 87. num. 5.*

4. Academiæ noſtræ: quæ in diplomate, in obitum Joh. Friderici ſenioris Saxonis, affixô: *Quæ virtus principis captivi* (ait, deſignans obedientiam) *victori tanta viſa eſt, ut clementiâ motus VLTRO eum cuſtodiâ dimittens in patriam reſtituerit.* Apud Dn. Hortleder. *de juſt. bell. Germ. cap. 88. num. 119.*

5. Joh. Stigelij poetæ & profeſſoris Salani, *volum. 3. poemat. lib. 3.* canentis:

*Et decus ob tantum, cum preſſum nemo juvaret,*
*In patriam, reditûs jus, tibi ſponte dedit.*

6. Joh. Sleidani, cujus verba hæc ſunt de dimiſſo Saxone, lib. 24. *Paulô ante Cæſar Johannem Fridericum Saxonem jam in quinquennium captivum, dimiſerat, ne hoſtis id ſibi vindicaret, quod quidem captivus ipſe, minimè volebat.*

7. Jac. Aug. Thuani. *hiſtor. lib. 8.* & Dreſſeri, *in manuſcript. continuatione orig. Saxonicar. Georg. Fabricij f. 325.* Qui cautum fuiſſe ſcribunt in formula fœderis noſtri Fridewaldici: *Si dux Johannes Fridericus ſenior, ejusve vice, filij in fœdus ictum coeant, liberationem captivi ſenioris ſeriò urgendam. Sin autem: habendos eos pro hoſtibus.*

Atqui ex literis reſtitutorijs ſupra admonuimus, Johannē Fridericum ſeniorem ducem, ejusq; filios in fœdus ictum coire noluiſſe. Idemque liquet ex actis comitiorum provincialium, Vinariæ anno 1552. â filijs captivi, habitorum.

Relinquitur ergò, captivi liberationem neminem urſiſſe ſeriò, ac ne Henricum Gallum quidem, captivorum vindicem.

At fortaſsè liberati Landgravij captivi laus, tribuenda erit Gallo regi, inquies. *In quantū de jure,* (ut loquūtur noſtri.) Sine Mauritij Saxonis electoris & Landgravij Wilhelmi ac ſociorū, injuria. Nam ut ei primæ ejus laudis partes cum noſtro Andio, non tribuendæ ſunt, ob ea, quæ ſupra diximus: Ita promeritæ ſecundæ vel tertiæ, non denegandæ.

Quid verò de principibus non captivis cæteris? Servi-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0041-3

tute eos, à rege liberatos, dicemus? Atqui in ſervitutem corporum, dignitatis, jurium, redacti nondum fuerant, ut diximus. Servitutis & periculi metu? Ita quidem Gallus noſter ſe ipſum temperat *5. de Repub. 5. f. 901.* Sed nec hîc admittimus Gallorum regem ulterius, quàm in laudis ejus partem ſecundam aut tertiam. Ob rationem modò dictam.

Porrò: *ſervitute liberavit urbes ait*: Quas obſecro? Metim? Tullum? Virodunum? Quas ab imperiô avulſit, totô (ut cum Saxone ac Landgravio dicam apud Hortlederum *in opere de cauſis belli Germanici lib. 4. c. 5.*) in terrarum orbe liberrimo? Sleidan. *lib. 24. f. 761.* Bodin. *5. de Republ. 6. f. 909.* Quas Henrici hujus filius & ſucceſſor, nonus Carolus, libertate reliqua, penitùs privavit, tametſi in Henrici fidem atq; clientelam ſeſe permittentes, ſalvam eam fore ac ſuperſtitem pepigiſſent, conſcriptis eamobrem protectionis literis? Bodin. *d. f. 909.* At à liberatore tali, libera nos Domine, pro clementiâ eâ, quâ Argentinam liberaſti, *cùm ſpem propè certam concepiſſent Galli, fore, ut quemadmodum amicitiæ quadam oſtentatione Metim ingreſſi fuerant, ſic etiam ab Argentorato non excluderentur*: verbis Sleidani *com. lib. 24.*

Ad extremum addit: *Victos principes libris pervulgatis confiteri non dubitare, ſe Gallorum opibus, Henricô rege, ſervitutis iſtius metu liberatos eſſe.* Scilicet, ùt ex victo principe Johanne Friderico Saxone audivimus, & videre licet ex pervulgato libro axiomatum œconomicorum Gregorij Richteri *c. 275.* Siquidem de alijs, nihil compertum habeo.

## XIII.

Ob quæ beneficia, etſi æquum atque par fuiſſet, ſervari fidem fœderato regi, ac referri ei immortalem gratiam, tamen quid de fide principum noſtrorum cùm omnium, tùm ſingulorũ quorundam, & ab ijsdẽ relatâ gratiâ

gratiâ, Gallus noſter ferociſſimè cantitet, percipiamus. De omnibus in univerſum cantitat: *liberatos, Saxoniæ ducem Johannem, Philippum Heſſorum principem, Mauritium Philippi generum & Albertum juniorem, Marchionem Brandeburgicum, patrocinium regis ejuraſſe.* Nec id tantum, verum etiam, *Henrico Germaniæ liberatori ac patrono nefarium bellum indixiſſe*: 5. de Repub. 6. f. 912.

Deus tuam fidem! *Principes illi patrocinium regis ejurarunt?* At plurimi eorum in regis patrocinium nunquam jurarunt, ut Johannes dux Saxoniæ de quo dictum proximè *poſit.12.* Si modò appellatione ea Johannes Fridericus ſenior, vel medius, vel etiam dux Johannes Wilhelmus, intelligitur. Ut Philippus Heſſorum princeps, ſocer Mauritij, ad quem de fœdere aliquid referri potuiſſe ſupra *poſit. 3.* inficias ivimus. Ut Marchio Albertus, quem unum ex confœderatis regijs fuiſſe, & ſupra negavimus *d. poſit. 3.* & hîc non modo idem facimus, ſed addimus etiam, ne quidem militiæ nomine, Albertum jurejurandô, regi obſtrictum fuiſſe. Ab ipſo id edocti, in publico ſcripto anni 1552. apud Dn. Hortlederum *de juſtit. &c. bell. Germ. lib.6.c.3.num.32.* cujus verba hæc ſunt: Haben jhme (dem Könige) vnſer Kriegsvolck zu dienſt etzliche Monat bis zu ende des (Paſſauiſchen vertrag) handels/ohn einige Beſoldung erhalten vnd geführet. Wiewol wir weder jhm (dem Könige) oder den andern Kriegs Chur- vnd Fürſten/ Auſſerhalb was wir jhnen von freyer Hand/ beyſtandt zu thun bewilliget/ confœderirt oder verpflicht geweſen.

At, qui juravit Mauritius, ob fœderis æqualitatem *poſit.9.* demon-

demonſtratum, non tàm in patrocinium quàm ſocietatem regis juraſſe, dicendus venit.

Eademque ſocietas, cum ad certum duntaxat tempus contracta fuerit, donec ſcilicet ſervitute captivi, ſervitutis & periculi metu, fœderati principes cæteri, liberati eſſent, ut toties inculcas, Galle, & rex tuus in fronte ſcripti ſui, & apud Sleidan. *lib.* 24. fatetur aliquoties, ex quo Pet. Heigius. *p.* 1. *q.* 11. *n.* 25. *& ſeqq.* ac noſter Arumæus *de jur. publ. diſcurſu* 27. diligentiſſimè congeſſerunt loca huc ſpectantia; fatearis etiam neceſſe eſt duorum alterum: Captivis, partim motu Cæſaris ſpontaneô, partim regis tui, ac ſociorum ejus ope, ſervitute; fœderatis, periculi & ſervitutis metu, transactione Paſſavienſi liberatis, aut evanuiſſe regis tui patrocinium, cum effectus ceſſet, ceſſante cauſa, Conr. Dieteric. *Inſtit. Dialect. lib.* 1. *c.* 4. *canon.* 4. Nic. Eberhard. *loc.* 81. Martin. Schickard. *logic. jurid. loc.* 15. *n.* 29. Societas, ceſſante ſocietatis negotiô, *l. actione* 65. § *item ſi alicujus* 10. *ff. pro ſocio.* Petr. de Vbald. *de duob. frat. q.* 11. *pr. ſolut.* 7. Actio, fine ad quem tendebat, impetratô: Aut ſin minus evanuit, principibus Hiſpanico ê jugo, metuvè ejus, liberatis, in Gallicis compedibus nihilò optabilioribus, perpetuo vivendum fuiſſe. Quà ratione nihil ipſis fuiſſet profutura, â rege pro ſuâ parte præſtita liberatio.

Deus tuam fidem! *Principes illi indixerunt regi bellum?* Et quidem *nefarium*! At reverſo Johanni Friderico Saxoni nato electori, nulla res magis, quàm quies & concordia curæ cordique fuit. Albertum Marchionem antea hoſtem delatum Vinariam, perhumaniter excepit. Sleid. *lib.* 25. Henricum juniorem Ducem Brunſvicenſem tranſeuntem, minasque & cædes adhuc ſpirantem, ibidem ad conciliationem flexit. Sleidan. *lib.* 25. Transegit Numburgi 24. Febru. 1554. de omnibus omnino controverſiis cum Electore Auguſto, Sleidan. *d. lib.* 25. Vix duabus ante diſceſſum horis transactionem eam ſubſcripſit. Nic. Amſtorff. im bericht wie es ſich mit S. Churf. G. ſeeligen abſchied zugetragen / etc. apud Dn. Hortlederum *3. de juſtit. bell. Germ. c.* 90. *num.* 9. Ut â fœderibus novis ac bellis, quantum omninò fieri poſſet, abſtinerent,

rent, filijs teſtamentô moriens præcepit. Indixit nemini bellum, nec intulit.

Similiter, quemadmodum Suevorum bellicoſus rex Maroboduus ſemel victus fractusque, conceſſâ ei tutâ atque honoratâ ſede in Italia, per duodevigintî annos, quibus poſt exilium vixit, eâ non exceſſit, & multùm imminutâ claritate pristinâ conſenuit, notante Tacito *annal. 2.* Ita etiam Heſſorum bellicoſus princeps Philippus, cui in ſortibus ſacris per Paſquillum anno 1542. collectis illud obvenerat ex Eſaiæ c. 42. n. 13. *Sicut vir fortis egredietur. Sicut vir præliator ſuſcitabit zelum. Vociferabitur & clamabit: ſuper inimicos ſuos confortabitur:* (uti eſt in Paſquillorum tomô 2. anno 44. excuſo) inſidioſa pace ſemel victus fractusque, recuperatâ tutâ atquè honorata ſede ſua, ea vix exceſſit, ſed itidem conſenuit, immutata multùm claritate priſtinâ.

At Mauritij ducis Saxoniæ atq; electoris nomine ac vice jam pridem hanc cum Bodino litem negativè conteſtatus eſt Pet. Heigius *p. 1. q. 11. nu.* 47. Nec dum affirmativa adverſarij probata. Quin etiam adverſarium, negativam hactenùs confitentem, habet, ut hoc eôdem c. 6. f. 964. ſcribat: *cum Cæſare adverſus regem arma capere, Mauritium puduiſſe, quod non puduerit Albertum Marchionem, qui cum Cæſare ſeſe conjungere, ac nefarium* (quod itidem ſic ante dixerat f. 912.) *bellum regi turpiter inferre nequaquam dubitarit.* Nempe cum reconciliaretur ei, Metim obſidenti, Sleidan. *lib. 24.* In hunc Albertum Marchionem igitur, culpa omnis derivatur. In hoc, faba (quod ajunt) cuditur. Quô jure, quâve injuriâ? explanabitur poſitione quinta decima.

Interim cum conſtet ex Sleidani loco modò indicato, quô de bello Gallus noſter ſenſerit, cum indictionem aliquam belli nefariam principibus aſcriberet, poſitioni huic hanc imponimus coronidem: Tametſi probatu eſſet poſſibile, occupatæ Metis cauſa, bellum vel ab ipſis, quos præter Marchionem appellavimus, principibus, vel Imperij totius, adeoq; eorum etiam (utpote Imperij principum) nomine, à Cæſare Henrico regi indictum eſſe: neutiquam tamen id dicendum *nefarium.* Sive tandem contemplemur perſonas

principipú,quę quid auxilij præſtiti gratiâ Gallo regi debuerint, plus ſatis demonſtravimus. Sive id caput fœderis, quô regi licuiſſe Bodinus ait *d.f.912.* occupare Metim, Tullum, Virodunum. Tale enim pactum neque interceſſiſſe, neque ut interceſſerit, jure conſiſtere, aut principibus quò minus pro fide Imperio patriæque debitâ, ablata repetitum venirent, præjudicare potuiſſe, infra probaturi ſumus, *poſit. 17.*

## *XIV.*

Singulatim cantitat de electore Mauritio: *Eum ſexto poſt contractum fœdus menſe fœdere Paſſavico in Caroli (Cæſaris) gratiam & amicitiam, rediiſſe, ſociorum conſcio nemine, ac ne Henrico quidem rege, fœderis conditionibus, excepto. Eamq; perfidiam Albertum Marchionem coram exercitu, acerbiſſima & contumelioſiſſima oratione invectum, appellaſſe: deteſtabilem, & patriæ & regis, & Imperatoris proditionem.* 6. de Repub. 5. f. 964.

In quô refutandô eò breviores erimus, quò prolixiores & diligentiores ante nos, præſtantiſſimi quiquè ætatis noſtræ viri fuêre, Petr. Heig, *p. 1. q. 11.* Weyhius *meditam. pro fœder. 2. n. 183.* Arumæus *diſ. 27. de jure publ.* Dreſſerus *in oratione de quarta monarchia poſt millenar. 5.* Clutenius *th. 21. diſputat. Anti-Bodinian.* ad hanc pugnam excitati ſignô, à Friderico Tilemanno datô, *diſcurs. philol. de hiſtoric. delect. p. 2. f. 114.*

Antequam autem ad id veniamus, in quo aliorum operâ ſublevati ſumus, è propoſitis Bodini verbis primum hoc notemus: Etſi ſcriptorum alij menſem icti fœderis Fridewaldici, Septembrem, alij Octobrem faciant *ut dictum poſit. 2.* Bodinum tamen ijs verbis: *ſexto poſt menſe*: Februario menſi id aſcribere, cum Auguſtus ſextus poſt eum menſis ſit, quô eſt inita Paſſavienſis transactio. Deinde illud: Paſſavienſem (quam nos vocamus) transactionem (Paſſawiſchen vertrag)

con-

convenienter tàm ipſi rei, cui vocabula decet eſſe conſentanea, Donell. *1. comment. 4. & ibi ampliſſ. Dn. Præſes in not. & illic adducti*, quàm verbis ipſius tranſactionis, in quibus plus vicies: Ein vertragk (dicitur/) ein vertragsbrieff / eine vergleichung/ein Friedſtand/etc. ab eô appellari *fœdus*, nomine rarô, nec ita ſolitô. Quô, ſi id ſignificatum cupit, diſſociatum antea, & in diffidentes ac diſſentientes per occaſionem religionis partes, diviſum Imperium, beneficio tranſactionis hujus, vel redijſſe in fiduciam, concordiam, & ſocietatem mutuam, quaſi quodam fœdere ſanctiſſimo, vel ſanè redire debuiſſe, (ni legislatori multa ſæpè obvenirent præter ſententiam) detur ei, quæ Waremundo de Erenbergk *1. meditam. 2. numer. 49. & 2. de fœd. fol. 221.* non denegatur venia.

Quod ſi verò innuit, fœdere Paſſavico bellicam cum Cæſare ſocietatem adverſus regem ſuum â Mauritio initam, à quâ tamen, victus pudore Mauritius, itidem poſt reſilierit cum ad arma veniendum eſſet, aliter atque Albertus Marchio: prout ex verbis, *paulò poſt enim adverſus regem ipſum arma cepit* (Marchio) *quod Mauritium facere puduerat, licèt in Caroli amicitiam & gratiam reverſum, fœdere Paſſavico, 5. de Repub. 6. f. 964.* videtur poſſe colligi: Næ, homo impudens & temerarius, factam Mauritio injuriam conduplicat. Et tranſactionem Paſſavienſem nunquam ſe vidiſſe, tanquam ſorex prodit. Et ab Alberto ſusque deque habitam ignorat. Nec audivit vel legit quiquam antea, de transactione Metenſi, per quam demum Marchio in gratiam redijt, ſeque cum Cæſare Metim obſidente conjunxit, ſicut ipſe enarrat, apud Dn. Hortlederum *de juſtit. bell. Germ. lib. 6. cap. 3. n. 36. alijsque locis plurimis.* Sed ad reliqua.

Ait noſter: *Mauritium fœdere Paſſavico in gratiam & amicitiam Caroli redijſſe, ſociorum conſcio nemine.* Ita ne vèro? Ergo, ne quidem conſcio Ottone Henrico Palatino, qui & ipſe tandem ſe conjunxit fœderi? Sleidan. *com. lib. 24.* Ergo, ne quidem cõſcio Joh. Alberto Meckelburgico? Ergo, ne quidem conſcio Landgravio Wilhelmo? Et cur tandẽ? Sicinè ſecreta tranſactio Paſſavienſis fuit, ad quam conficiendã

 Roma-

Romanorum regem Ferdinandum, electores omnes, principes eccleſiaſticos politicosque decem, convocatos conſtat, ex §. ejus: Demnach haben wir vnd bemelter Churfürſt zu Sachſen/etc. Siccinè alienum eſt à veritate, quod Romanorum rex & hi omnes electores atq; principes, unà cum ipſis ſocijs Mauritij, in transactionis formula teſtantur & confitentur: Vnd wir der Churfürſt zu Sachſen/Hertzog Otto Heinrich Pfaltzgraff/Hertzog Hans Albrecht zu Melckelburck vnd Landgraff Wilhelm zu Heſſen bekennen auch öffentlich/das alle vnd jede obgeſchriebene Punct vnd Artickel mit vnſerm guten wiſſen vnd willen ſein vorgenommen/abgehandelt vnd beſchloſſen: etc. *Apud Goldaſt. Eberhard. de VVeyhe & alios.*

At inquies, primò: Attamen in gratiam redijt Mauritius, è ſociatis principibus inſcio ſocio non fœderato, Marchione Alberto. Is enim in ſcriptorum ſuorum ultimô: So haben wir (inquit) von den Capitulaten dieſes Vertrags nichts gewuſt. Seind auch derſelben in Tractat nie bericht/vnd alles hinter vns geſchloſſen vnd durch Hertzog Moritzen gegen vns zum höchſten verneint worden. Apud Hortlederum *6. de juſtit &c. bell. 27. n. 19.*

Secundò: Attamen redijt in gratiam inſcio Henrico Galliarum rege. Quod ſi Bodino credere renuimus, Marchioni tamen credemus, qui in eodem ſcripto *apud Hortleder. n. 15.* Das aber dieſe vnſer expedition (inquit) den ausgang nicht aller ding dem Reich zum beſten genommen/etc. So wiſſen wir doch deſſen kein ander vrſach/deñ das die Lintziſche vnd Paſſawiſche vertragshandlung etwas zu eilends vnd ſonderlich ohn vorwiſſen vnnd willen der Kön. Maj. aus Franckreich mehrentheils noch vnverrichter ding angenommen/eingangen/bewilligt/&c. Quem locum inde *in diſcurſum ſuum 27. de jur. publ.* Arumæus ICtus tranſtulit, eoque dubitandi rationes, primus auxit. Et accedit Marchioni ac Bodino Natalis Comitis fides.

fides. Qui, quid ſcribat de Mauritio alijsquè principibus cum Cæſare in gratiam reverſis, ex ipſius hiſtor. lib. 3. patet, & ab Arumæo refertur *d. diſc. 27.*

Verum, etſi hæc intuitu primô ſpecioſa ſunt & plauſibilia, tamen penitius inſpecta, efficere nequaquam poterunt, ut aſſertio Bodini generaliſſima, vel ſecundum quid, vera eſſe videatur.

Quid enim? Marchio ſolus peregrinus erat Hieroſolymis, qui quæ fiebant diebus illis, non noverat, tametſi univerſum noſſet Imperium? Prout innuit objectio prima. Credat qui voluerit. Mihi certè non videtur veriſimile. Præterea non dicit Marchio ſe de actione & transactione pacis Paſſavienſis nihil ſciviſſe, ſed de *capitulatis transactionis.* Hoc eſt, de pactis conventis, quæ continebantur in transactionis pacificæ parvis capitibus, vel articulis. Quos communicare cum ipſo, utpote majeſtatis regiæ Gallicæ ejusque unitorum capitaneô, non fœderatô: (der Königlichen Majeſtät zu Franckreich vnnd dero einigungs verwanten Oberſten veluti ſe ipſum ſcribebat) neque neceſſarium, neq; fœderatis belli ducibus (den Kriegsherrn, quos itidem ſic ipſe vocat) ſatis honeſtum, neq; etiam utile, paci futurum fuiſſet, ſicuti his verbis ſcripti ejusdem Marchio ſignificat *n. 19.* Es mag vielleicht bey etzlichen / vnd ſonderlich Hertzog Moritzen ſeeligen / die meynung dahin geſtanden ſein / wenn Heſſen vnd Meckelburg neben jhme von vns geriſſen / daß wir dann / ob wir gleich nicht gern wolten / dieſe vertragshandlung bewilligen vnd annehmen muſten / vnd vns derwegen der Capitulaten zuberichten / von vnnöten geacht / damit bey jhnen (den andern) der vertrag deſto weniger durch vns auffgehalten vnd gehindert werden möchte. Quibus non multò poſt rationem privati commodi ſui ſubjungit: Dieweil wir vor ein armen Fürſten ein ſtadtlich anſehnlich Kriegsvolck auff vns in vnſerer Beſoldung / vnd dabey von den vereinten Chur vnd Fürſten diß zu-

 ſagen

ſagen gehabt: Was wir von den Ständen/ſo ſich V. E. einigung halben wiederſetzen würden/ möchten vns zu gutem erlangen/ erbrant ſchatzen oder in andere wege bekommen Das vns vnd vnſerm Kriegs volck daſſelbig zu erſtattung vnd gutem gelaſſen werden ſolt: Vnd wir von den Pfaffen vnnd Nurnbergern vertrags weiſe ſchwerlich ſo viel bekommen/ als wir vnſern Kriegsvolck zu thun ſchuldig geweſt/ So hetten wir dis ſtucks/ in die capitulata keines wegs willigen können/ Es were vns dan ein ſolche gebürliche erſtattung dagegen beſchehen/ daran wir zufrieden ſein mögen.

Deinde: Henricus rex Mauritii de pace actionem neſciebat? nec (quoad volebat) exceptus erat ab eo, in fœdere? At contrarium non unis literis & reſponſis ipſius regis, legatiq; regii Fraxinei, & teſtimonio optimæ notæ hiſtoricorum, aliisq; indiciis, à Petro Heigio primum, deinde ab aliis prænominatis, ſic demonſtratum eſt, ut actum agere, ad exemplum corniculæ Æſopicæ plumis alienis nos ornare, & poſt Roſcium (quod ajunt) ſaltare, velle videremur, ſi conaremur argumentis horum quicquam adjicere, præter verba ipſiſſima Fraxinei, quę confirmandi Sleidani cum eôq; ſentientis Thuani *lib.* 10.*f*. 482. gratiâ, ex oratione Paſſavii anno 1552. in conſeſſu principum habitâ, communicante Dn. Friderico Hortledero, deſcripſimus: *Ictum eſt* (inquit ille) *inter ejus Majeſtatem, ac principes fœdus, in quo inter alia quæ ipſi principes tanti beneficii memores ſpoponderunt, hoc quoq; diſertè cautum eſt: ut eis cum hoſte neq; pacem neq; inducias ſine expreſſo regis conſenſu paciſci liceat. Ab eo fœdere diſcedere cum Illuſtriſſimus dux Mauritius NEQVE VELIT, NEQVE POSSIT, & tamen patriæ ſuæ tranquillitati & ocio conſulere, tum potentiſſimi & ſereniſſimi Romanor. Regis precibus obſequi cupiat, literis nuper à rege Chriſtianiſſimo petiit, ut quæ Majeſtatis ſuæ de pace eſſet ſententia, hîc per me legatum ſuũ patefaceret. In quo etſi neſcio quo-*

*modo*

*modo haut ſatis magnã & magnitudinis, & beneficij & dignitatis ſuæ rationem haberi Rex chriſtianiſmus videt, & conſentaneum fuiſſe judicat, ut coram eô non hîc, de re ad ipſius Majeſtatem pertinente agatur:* F E C I T T A M E N Q V O D A B E O P O S T V L A T V M E S T N O N G R A V A T E, *quippe qui publicam utilitatem rebus omnibus anteponat, & illuſtriſſimo duci Maũritio fœderato, & amico chariſſimo nihil denegare velit.* Et præter id, quod admonendum ducimus, reſponſi ab Heigio oppoſiti ſupra dictæ authoritati Natalis Comitis, gratia *d.p.1.q.41.n.37.* Nempe: ex Ludovico de Avila hiſtoriam ſuam ſe habere, Natalem vix profeſſum. Vel, ut alicubi profeſſus ſit, tamen id non elevare autoritatem Comitis. Duplici de cauſa. Vnà, quia in victoria Cæſaris à Johanne Friderico Saxone & Lantgravio relatâ, deſinens Ludovicus de Avila, ad expeditionem Mauritianam hiſtoriam ſuam non producit, nec ejus verbulô ullô meminit. Alterâ: Quia talis non eſt Avila, qualis apud Sleidanum *com. lib. 24.* & Dn. Hortlederum *de juſtit. &c. bell. Germ. cap. 5. num. 15.* ab Alberto Marchione depingitur, quem Eberh. de Weyhe in problemate regio utrum ſucceſſio electioni præſtet, Autor ſuſcitabuli. Bartholomæus ( ut ferunt ) Gericcius p. 2. ac plerique alii, ſequuntur: *Homo ſcilicet impurus atq; mendax. Qui de tota Germania tàm frigidè tam contemtim, & alienè loquatur, ac ſi barbarus quiſpiam eſſet populus, & obſcurus, de cujus origine vix ulli conſtaret.* Ein verlogener Hiſpaniſcher Ertzbube der die ehrliebenden Teutſchen hoch vnnd nieders Stands/ die ehrlichen Chur vnd Fürſten/vnd in gemein die gantze Chriſtenheit zu ewigen ſchimpff alſo mit vnwarheit beſchrieben/ als ob es jrgend ein barbariſche vnbekante Nation dero alle ehrliche vnnd adeliche tugenten vnbekant wehren. &c. Natus n. fuit ex nobiliſſima Hiſpaniæ familia. Educatus & inſtitutus in aulâ Cæſaris à pueritia. Receptus inter intimos, qui erant Cæſari à Camera. Comes propemodum omnium expeditionum Caroli. Ob ſpectatã in ijs virtutẽ, cum eruditione ſingulari cõjunctã, ſic charus Cæſari,

ut

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0051-8

ut mundo valedicens, hunc cum duobus alijs, ê ſuis omnibus elegerit, cujus uſque ad exceſſum ê vita, uteretur conſortiô. Mentitur haut aliquid in eà, quam Marchio notat, belli Germanici hiſtoria. Vix uno, altero, vel tertio loco mendacium dicit, deceptus errore juſtiſſimo. De Germania non loquitur contemtim, frigidè & alienè. Sed ubique locorum perhonorificè. Principibus Imperij pontificijs tam gratus liber ille fuit, ut ê Gallicâ lingua in quam nō minus atq; in Italicā & Latinā, *Sleidan. lib. 21.* addo (ex Dn. Hortlederi fide) & in Hiſpanicam translatus exijt, Philippus Magnus Brunſvicenſis dux, eum in Germanicam anno 1552. converterit, Henrico juniori, patri, dedicarit. In Evangelicos non eſt contumelioſus. Johannem Fridericum Saxonem ornat veriſſimis & pulcherrimis laudibus. De Mauritio nuſquam contumelioſè loquitur. Nec de Alberto Marchione ipſo. Niſi quod illecebris mulieribus Rochliciæ delinitum, minus benê rem egiſſe ſcribit, Sleidanô id ſuccinctè, efferente *d. com. lib. 21.*

Quæ res, non incerta licèt ſit, & cùm eô tempore, tùm poſtea à Spangenbergio *chron. Sax. c. 380.* & aliorum ſcriptis teſtata, Avilæ tamen noſtro id odij, quod indicavimus, apud Marchionem peperit. Cujus vice, Mauritius elector, cum ſociorum omnium, fœderatorum ac non fœderatorum, gravamina Paſſavij proponeret, privilegiatam Avilæ hiſtoriam, tanquam gravamen ſocij non fœderati Alberti, ſive æquum, ſive iniquum, inter cætera produxit. Sleidan. *lib. 24.* Heig. *d. p. 1. q. 11. n. 40.*

Quod reſtat: Etſi Dn. Arumæus in ſæpius laudatô diſcurs. *27. de jur. publ.* ſatis jam docuerit, quid de Alberti Marchionis acerbiſſima & contumelioſiſſima invectiva in Mauritium, habendum atque ſentiendum ſit: Tamen confirmandi & illuſtrandi ejus cauſa, dicimus: Contumeliam eam Mauritium revocaſſe ad animum. Nec id modò, verùm etiam manu vindicaſſe. Quandoquidem Alberto bellum denuntians, miſſis eamobrem literis, quarum ſumma apud Sleidanum recenſetur *hiſt. lib. 25.* So habt jhr doch/ Marggraff Albrecht (inquit) ſolchen dem heiligen Reich notb=

nothwendigen vnd nützlichen/auch an jhm ſelbſt gleichmäſſigen(Paſſawiſchen) vertrag ewers theils vormals nicht allein nicht angenommen/ſondern auch an etzliche anſehnliche Chur vnd Fürſten ſchreiben dürffen / derſelbe vertrag gereiche der gantzen Teutſchen Nation zu vnwiederbringlichen nachtheil vnnd verkleinerung. Were auch mehr vor eine verrähterey Teutſcher Nation (pro *patriæ proditione*: effert Bodinus,) den vor ein Vortrag zu achten. Et poſtea: So wiſſet jhr euch doch zuerinnern wie mit gantz beſchwerlichen Worten jhr vnſer hernach gegen ewren Kriegsvolcke (*acerbiſſima & contumeliosiſſima oratione coram exercitu*: reddit Bodinus) vnnd ſonſt an vielen orten gedacht. Wie dann auch in obgemelter Schrifft des Paſſawiſchen vertrags halben bey den worten da von der verrähterey Teutſcher Nation gemeldt/niemand anders den/etc. Burggraff Heinrich vnd wir/namhafft gemacht ſeind. Apud Dn.Hortlederum *de juſtit.bell. Germ.c.6.n.2.& 5.*

Adijcimus illud: Si Marchio Paſſavienſem transactionem *& patriæ, & regis, & Imperatoris proditionem* (id quod Bodinus ſcribit) appellavit, elucere facilè, quàm corruptus fuerit, affectu erga Gallum nimio, cum regem Imperatori præpoſuerit, totius orbis Chriſtiani capiti. Et diſpectionem poſitionis hujus hôc additamentô claudimus: Nec veriſimile videri Marchionem appellaſſe transactionem ſæpè dictam: *Imperatoris proditionem*, cum de rege, non de Imperatore, fuerit eô tempore ſolicitus. Nec niſi ineptiſſimè, eam ſic â Marchione vocari potuiſſe.

## *XV.*

Singulatim, de Alberto Marchione Brandeburgico: *Eundem illum, qui in ſocium Mauritium tam ſeverus fuerit, in ſe ipſum extitiſſe indulgen-*

*tiſſimum. Paulò poſt enim, adverſus regem, arma cepiſſe, quod puduiſſet facere Mauritium, ac nefarium bellum cum ipſo Imperatore, Henrico, fœderatorum principi, turpiter inferre non dubitaſſe. Hinc ab imperialibus ipſis ducibus ac militibus Mauritium quidem,* Licentiatum, *Albertum verò, rebus tam præclarè geſtis* Doctorem: *appellatum,* ſcilicet, perfidiæ d. c. 5. f. 964.

Ut anterioribus promiſſis noſtris ſtemus Alberti Marchionis cauſam agere nos oportet, quam Heigius ſcientià ac prudentià præſtans JCtus prætergreſſus eſt, tanquam foveam, *p. 1. q. 11. n. 47.* Quanquam, quid? inviti onus hoc ſuſcipimus?

Levat hoc nos faſce, quod jam nunc probavimus *poſit. 3. & 13.* è fœderatis regiis Albertum Marchionem non fuiſſe, nec extitiſſe obligatum regi, ullô juramenti vinculô. Inde enim ſequitur: Etiamſi finitô ſocietatis negotiô, extincta per ſe ipſa in principibus fœderatis, non fuiſſet fœderis ſocietas, (aliter atq; aſſeruimus poſit. 13.) Marchioni tamen illati Metenſis belli gratiâ, nec fœdifragium ullum objici potuiſſe, nec exprobrari perfidiam, præſupponentem, fidei ſanctiſſimè datæ habitum. Jactitet Bodinus licèt, quantùm quantum velit, ob jam confutatam rationem, in Mauritium juxtà ac Albertum, judicia dicam? au convitia? militum, ducumq; militarium Imperii. At quorum judicum? Eorum, quorum propria eſt legum juriumq; imperitia, *L. 22. pr. C. de jur. deliber pr. Inſtit. de milit. teſtament.* Propriæ venales manus. Ibi fas ubi maxima merces. Sie nemen gelt vnd dienen dem Teufel. Nedum regi Galliæ. Lucan. *lib. 10. de bell. civil.* Jul. Pflug. *in orationis ſuæ de Repub. Germanor. p. 3.* apud Goldaſt. *polit. imperial.* p. 15. And. Gail. *1. de pac. pub. c. 4. n. 33. & ſeqq.* Propriæ vanæ voces, *quas non audiendas eſſe* Impp. Diocletianus & Maxim. reſcripſère L. 12. §. 1. C. de pœnis.

Levat item hoc nos faſce Sleidanus *com. lib. 24.* ubi commemorat non ab Alberto regi, ſed à rege Alberto Marchioni, pro-

ni, pro navatâ plus quàm fideli operâ, relatam peſſimam gratiam. Non ſoluta ei à rege, tàm præteriti quàm futuri temporis, ſtipendia. Detractam occultis Gallorum artibus legionem peditum. Reliquum exercitum ſolicitatum. Conſilium profligandi cum ignominiâ Marchionis Alberti, ob difficultatem rei nummariæ, à peditibus nudati & deſtituti, niſi virtutem equitatus fortuna probaſſet, perruptâ, disjectâ, fugatâ Gallorum acie, numerô ſuperiore; interfectis ex nobilitate plurimis; ſuaſore & cohortatore Fraxineô epiſcopo Bajonenſi, fugâ dilapsô; Aumalio duce vulneratô, dejectô, captô.

Levat deniq; hoc nos faſce, ſuam ipſe cauſam agens, & hæc recenſens ac confirmans omnia, Albertus Marchio apud Dn. Hortleder. *de juſtit. bell. Germ. lib. 6. c. 3. n. 30. & ſ. ſeqq.* dum: Als dan (ait) der König aus Franckreich mit den Kriegs Chur vnd Fürſten zuvorn in mißverſtand gerathen / daraus erfolget / das ſich die bemelten Kriegs Chur vnd Fürſten zu Paſſau mit der Römiſchn Kayſ. Mayſt. vnſern aller gnädigſtn herrn / in vortrags hädlung begeben / hat er der König von Franckreich / vns / als wir noch vor Franckfurt gelegen / ſchreiben / vnnd mit vns handeln laſſen / vns mit vnſerm Kriegsvolck von derſelben nicht abzuſondern / mit erbieten / dero Cron / vermögen / (Nichts ausgenommen den was derſelben vnmuglich) bey vns / nicht eigens genieſſes / ſondern alles Teutſcher Nation zu gutem / darzu ſetzen / vnd vns nimmermehr zuverlaſſen.

Solchen nach / damit vnſern vaterlande Teutſcher Nation von den König vnd den ſeinen / ſo viel deſtoweniger nach geret möchte werden (wie dan in bemelten ſeinen ſchreiben albereit dergleichen einführung beſchehen /) das kein trau / glaub / oder beſtändigkeit bey vns Teutſchen zufinden / Haben wir aus dieſer vnnd andern mehr guten ehrlichen beweglichen vrſachen / jhm / dem Könige / vertrauet / vnnd

jhm vnſer Kriegsvolck zu Dienſt etzliche Monat / bis zu ende des Handels ohn einige Beſoldung / erhalten vnnd geführet / wiewol wir weder jme oder den andern Krieges Chur vnd Fürſten (auſſerhalb was wir jhnen von freyer Hand beyſtand zu thun gewilliget) conföderirt oder verpflicht geweſen.

Als er ſich aber mit vns der vnterhandlung halber / (wie wir endlich verhofft) vergleichen ſollen / hat es ſich an denſelben nicht allein geſtoſſen / daran doch vnſers theils zur billigkeit nichts erwunden / vnnd damit es ja an vns nicht mangelt / vns letzlichen erboten / für vnſer Perſon nichts von jhme zu nehmen / wo allein vnſer Kriegsvolck / dermaſſen wie zuvor durch vns / vnterhalten würde. Sondern er hat darzu durch ſeine Befehlichshabere / fürnemlich aber den Biſchoff von Bayona ſo vns vor ein Commiſſarien zugeordnet geweſen / geſchwinde Practicken machen laſſen / erſtlichen bey vnſeren Oberſten / dieſelben Regimentsweis von vns zubringen / wie ſolches gemeltes Biſchoffs Schrifften an vnſere Oberſten beſchehen / ausweiſen. Als jhme aber das nicht gerahten wollen / folgends bey vnſern Häuptleuten / daß ſie Fenleinsweis von vns zu jm fallen wolten / mi t vielen hohen vertröſtungen / Obriſte aus jnen zumachen / etc. Vnnd nachmals da dieſes auch vmbgeſchlagen / ſolches bey dem gemeinen Mann vnd deroſelben Befehlichsleuten geſucht / vns auch / dieweil ſolche practica vnd meuterey etzliche tage gewehret / vnnd dabey vnſer vergleichung halber / auffrühgig mit vns gehandelt worden / ein ſtadlichen Reiſigen Zeug nachziehen / vnd vns denſelben täglichen vber dem Läger halteu laſſen / In meynung da die Practica geriet / daß er vnſere

ſere

ſere Knecht vnd Geſchütze in ſeine Gewald brechte / vns vnnd vnſere Reuter vor dem abdanck vnſer erzeigten Trew vnd gutwilligkeit/darüber wir all vnſer vermögen/ſo vns Gott hie zeitlich verliehen/getreulich dargeſetzt/darob zuſchlagen.

Welches aber der Allmechtige/ (dem lob vnd danck geſagt ſey) gnädiglich verhütet / vnnd die vntrew jhren eigen Herrn getroffen hat / alſo/das an den ſeinen ausgangen/das ſie vns zu thun vermeinet haben.

Wie wir das alles von wegen etzlicher vnſerer Widerwärtigen/die vns dißfals mit vnbeſchembter vnwarheit (cape tibi hoc Bodine) ausſchreihen / als ob wir dem König von Franckreich nicht trawen vnd glauben gehalten hetten / vnterſchiedlich in eim ſondern ausſchreiben öffentlich an Tag zugeben / bedacht ſind / damit dißfals männiglichen vnſer vnſchuld wiſſend ſey / &c. Et aſſiſtunt ei in eodem ſcriptô, Imperatoriæ Caroli V. literæ, quibus transactionem Metenſem inter ſe & Marchionem, operâ Ferdinandi ducis Albani factam, in hæc verba confirmat, Ditenhovij Octob. die 24. an. 52. Vber das nach dem Marggraff Albrecht S. L. Kriegsvolck / bis in die fünff mahl hundert tauſent Cronen vngefehrlich auff ult. Octobr. nechſt künfftig ſchuldig / ſo wollen jhr Kayſ. Mayſt. S. L. allergnädigſt zulaſſen / daß ſie bey dem König von Franckreich / oder auff Güter der Cron Franckreich vnd nit der Keyſ. Mayſt. zugehörigen/derſelben Land oder Leute/ ſo der König jetzt in gewalt vnd Händen / mit einnehmung der Güter / oder Brandſchatzung derſelben/mögen handeln/ biß ſo lang S. L. der obbemelten fünffmalhundert tauſent Cronen bezahlt iſt/was aber S. L. nach erlangter Summa erobert/das alles ſol J. K. Mayſt. zu guten kommen / etc.

 Unde

Unde cum Marchionis hac in parte innocentia ſatis appareat, quantò fuiſſet ſatius, regem ipſum appellaſſe, ſin minus, *Doctorem perfidiæ*,( juratam enim fidem nullam Alberto principi non fœderato dederat) ingratæ tamen, ſterilisq́; minimeq́; regiæ gratiæ?

Imò verò quantò, Bodine, ſatius, non objeciſſe Marchioni crimen ingrati animi, cujus ipſe poſſis reus argui? Cum enim expeditione adverſus Cæſarem durante, promiſſum regi tuo auxilium Marchio ſtrenuè præſtiterit: Cum regi cæterisq́; fœderatis non ſatis æquum Bambergenſem, & alios, duriſſimè mulctarit: Cum Cæſaris clementiam, gratiæ regis, poſtpoſuerit, utq́; huic gratum faceret, tranſactionem Paſſavienſem aliter atq; ei permiſſum fuerat, §. da auch Marggraff Albrecht von Brandenbnrgk etc. probare noluerit: Cum velut in exilium ſpontaneum è patria diſcedere, quàm probatas ſemel partes regias relinquere, maluerit: Cum deniq; ſe ſuaq́; omnia regi obtulerit, & eò usq; in fide ejus, contumaciter perſtiterit, quousq; per patronum pro tot tantisq; ſtudiis relata eſt, quam diximus, gratiâ: quid ſcribis, eum juſtam cauſam contra patriam arma capiendi, nullam habuiſſe? Hiſcè verbis 3. de Repub. 4. f. 461. *Noſtra ætate Albertus Marchio Brandeburgicus, quas urbes expugnaverat, eas militibus diripiendas exponebat, pœnâ capitis indictâ, qui non ſtrenuè bona civium expilaret, tametſi juſtam cauſam contra patriam arma capiendi nullam haberet.* Quid ais! laceraſſe eum omni ſcelere patriam, ejusq́; everſionem molitum, & imperialis curiæ juſtiſſimis decretis exilio damnatum eſſe? illis verbis, 6. de Repub. 5. f. 957. *Germani principes legatos ad Henricum 2. regem miſerunt, ne Alberti junioris Brandeburgici, qui, quod luceraſſet omni ſcelere patriam, ejusq; everſionem moliretur imperialis curiæ, juſtiſſimis decretis exilio damnatus eſſet, patrocinium ſuſciperet:* cum tamen fuerit decretorum horum juſtitia hæc, præcipua, quod nollet Bambergenſi præfecturas ſuas, de cauſa antedicta, expeditionis regiæ tempore, occupatas, juxta tenorem transactionis Paſſavienſis §. vñ demnach in ſchwebend Kriegsruſtung allerley thätliche neurungen vñ beſchwerungen furgangen 31. apud Goldoſt. *conſtit. Imp. tom. 1. p. 2. 91* reſtituere.

Wurtz-

Wurtzbergenſem ac Noribergenſes obligatione liberare, quam nondum reconciliatus Cæſar, caſſam & irritam eſſe juſſerat. Prout fuſiſſimè enarrant ac diſputant, modò dicti ſtatus, Bambergenſis, Wurtzburgenſis, Marchio, & Noribergenſes, apud Dn. Hortlederum *lib. 6. de juſtit. bell. Germ. per tot.* & Sleidan. *lib. 24. 25.* Quid ſecretiſſima ejus colloquia, pandis, quodq́; horrendum lectu audituq;, omnia Imperii ac patriæ arcana, pro bis mille coronatis annuis, regi eum prodere, & pro dignitate largitoris adverſus patriam pugnare voluiſſe, ſat innuis intelligentibus? Ecquis enim ille principum eſt, cujus nomen te præteriturum affirmas, cum primùm utilitatem erogandarum penſionum in Germanos principes, Gallis tuis expoſuiſſes, verbis notabilibus & omninò dignis quæ aſcribantur: *Neceſſariæ ſunt quidem magnis principibus largitiones ad hoſtium conſilia, copias, opes evertendas, nec poteſt ullum magnum imperium ſpeculatoribus carere, ac ſæpius hoſtes corruptis ducibus ac magiſtratibus, quàm fuſis legionibus vincuntur. Nec verò arx ulla tanta eſt, tantisq́; præſidiis ac propugnaculis obfirmata ac munita, quæ non facilè poſſit expugnari, ſi jumentum aureis nummis onuſtum eò penetrarit, ut Philippum I. Macedoniæ regem dixiſſe ferunt, qui largitionibus ac donis Græciam penè totam ſub imperium ſubegit. Nec aliis adjumentis Perſarum reges, Græcos ab Aſia, quàm corruptis ducibus depulerunt*; ac deinde poſtea ſubjiceres: *Quis enim à principe donum accepit, qui non aliquid in ejus gratiam, ſi potuit, effecit? Nam obligatus, tenetur, vel pudore cogitur, vel majoris beneficii adipiſcendi ſpe, vel metu, ne idem ſit accuſator, qui corrupit. Vix enim princeps ullus ampliſſimas penſiones largitur, niſi ſit juratus in principem, qui accepit, quem pleriq́; interpretantur patriam ipſam proditurum, ut in comitiis imperialibus Germanorum Wormatiæ anno 1552.* (Paſſaviæ in conventu anno 1552. dicere voluit, quod annus oſtendit, & inſuper, ea ratio, quod neq; tum, neq; anterioribus aliquot, & poſterioribus annis, comitia Wormatiæ fuerint) *princeps, neſcio quis palàm queſtus eſt: Nihil enim præter auditum habeo.*

Nec

*Nec illum opinio feſellit. Fuit enim* EO TEMPORE (anno nimirum 1552) *Princeps aliquis, cujus nomen prætereo, qui aureos bis mille penſionis annuæ pactus, omnia Imperii ac patriæ ſuæ arcana delaturum ſe, ac modis omnibus pro largitoris dignitate & imperio adverſus patriam propugnaturum, ſpopondit.* Lib. 6. de Repub. c. 2. f. 1000. Ecquis (inquam) ille fuit? Si non fuit Albertus Marchio cui tamen antea ſcelus perfidiæ propterea impegeras, *quod patrocinium regis ejuraſſet?* Quem *Doctorem perfidiæ* propterea appellaveras, quod non dubitaſſet ad ſarciendum damnum, occupatione Metis, patriæ datum & Imperio, cum Imperatore regi tuo bellum inferre?

Verùm ego hæc, demonſtrandæ ingratitudinis Bodini ipſius, itemq; inconſiderantiæ ac levitatis plus quàm Gallicæ cauſa, induco. Ac de Alberto Marchione, magnanimô, ingenuiq;, & hôc nomine verè Germanici, pectoris principe, non modò mihi meliora, atq; aliquid poſtremi hujus, ſpondeo, ſed etiam quod de utilitate largitionum Gallicanarum ille dicit, citra ullam injuriam principum eorum dictum cupio voloq;, qui pro ſtipendiô, Galliæ regibus operam laudabilem, nec minus Deo, patriæ, patriæq; patri Imperatori, & aliis Imperii ordinibus, fidem, amicitiamq; integram & illibatam præſtiterunt, vel etiamnùm præſtant. Vero *Germaniæ liberatori* (quem Tacitus *in fin. annal. lib.* 2. ita vocat) Arminio Cheruſcorum duci, cujus ob Quintilium Varum, cum legionibus cœſum propè ſaltum Teutoburgicum (bey der Teuten/ oder Teuten wald) ducatus Bergenſis, haud procul à Duſſeldorpio, *decantata olim,* teſte Tacito *d. loc.* & avorum memoria, ſtudio Ulrici Hutteni *in dial. Arminio* & Georgii Spalatini reproducta & percelebrata virtus eſt, *in librô,* **von dem teuren Teutſchen Fürſten** *Arminio, per occaſionem itineris cum Johanne Friderico electore Saxone in ducatum Juliacenſem ſuſcepti, conſcriptô & in tom. 1. German. Scriptor:* Simon. Schardii JCti, *latinè relatô*, aurem commodantes obſequentem, nec tanti putantes ullam *externam magnitudinem, opes, paratam transfugis aut deſertoribus clementiam, ſtipendia, torquem, coronam, atq; alia militaria dona, vilia ſervitii ac ſatellitii pretia,* ut propterea *libertatis avitæ, penetralis Germaniæ* D E I, *pro-*

*pinquo-*

*pinquorum, affinium, gentis denique ſuæ deſertores & proditores,* cum Arminij fratre, Flavio, haberi, ac multò minus eſſe maluerint, vel nunc malint. Fruentes priſca militandi exteris libertate Germanica. De cujus utilitate, etſi ſpecioſam dubitandi rationem ſuppeditet is ipſe Bodini locus, quô Albertum Marchionem ab eô, notâ cenſoria notari, diximus, & Gaylius *1. de pac. pub. 4. nu. 33.* itemq; Dn. de la Nove *diſcurs. milit. 9.*

Laudabilem tamen eam eſſe & Imperio utilem, nec conſtitutionibus ejus interdictam, (quicquid de decreto comitiorum anno 1555, Bodinus ſomniet, *2. de Repub. 6. f. 360.*) non in difficili eſt, poſt Pauermeiſt. *de jurisd. Imper. lib. 1. cap. 3. num. 22. 23. & ſeq.* Weyhium *1. med. pro fœd. 2. n. 105.* A. Hering. *de fidejuſſ. c. 7. n. 233.* fidem facere, dummodò uſurpetur eô tempore ac modô, quem antiquiſſimæ hujus libertatis teſtis Tacitus, *in lib. de Germ.* & receſſus Imperij, an. 1541. 42. 44. 51. 55. 59. 64. 70. 76. 82. 94. præſcribunt. Quos accuratiſſimè obſervavit, princeps laudatiſſimæ memoriæ Joh. Wilhelmus dux Saxoniæ, cujus extant de cauſis ac limitibus ſtipendiorum ſuorum Gallicorum, quæ ſub Henrico noſtro 2. filijsque ſucceſſoribus, Franciſco I. Caroloque 9. per annos aliquot meruit, (Chytræo *Sax. lib. 19. & 22.* alijsq; teſtibus) ſcripta lectu digniſſima. Alterum in caſtris ad Annam Galliæ datum 27. Septemb. an. 1558. Laudatum à Pauermeiſtero *d. l. 1. c. 3. n. 28.* & in editionem noviſſimam der Reichsſatzungen Goldaſti relatum. Alterum Vinariæ 16. Jan. anno 1568. Celebratum à Sim. Schardio ICto *hiſtor. tom. 4. ſub anno 1568.*

## *XVI.*

Contra, ut emaculet omnem labem fidei, à rege præſtitæ, non modò eum onerat vaniſſimis [quos exploſimus] titulis, ſed comminiſcitur etiam: *per caput 34. icti fœderis*

*ei licuiſſe, occupare tres urbes Imperii Germanici, Gallis finitimas, & Gallicâ linguâ utentes: Metim, Tullum, Virodunum* 5. de Repub. 6. f. 912. 913.

Quod olim Lyſander dixiſſe fertur: *Sic reges juramentis ludere* (abſit à bonis injuria) *ut ludunt pueri aſtragalis*, Joach. Beuſtius *in oratione tomo 5. declamat. P. Melanchtonis inſertâ*; id in Henrico rege certè, non ſemper, nec ubiq; falſum eſſe, deprehenditur. Etſi enim Bodinus noſter, de fœdifragâ ac perfida occupatione Metis, Tulli, Viroduni, iisq́; annexorum epiſcopatuum Imperii, ita ſcribat, ut retulimus: Nos Germani tamen,

*Non obtuſa adeò geſtamus pectora, Gallis*

quidvis pro patriâ *honeſtè*, (ut arbitratur ille) confingentibus, continuò ut aſſentiamur & applaudamus. Exemplo ſint, qui ante nos occupationem illam perfidiæ inſimularunt. Bambergenſis, Wurtzburgenſis, Noriberga, in ultimo adverſus Marchionem ſcripto, apud Dn. Hortleder. *lib. 5. c. 28. n. 23. juncto numero 163.* Chriſtianus Alemannus, ſeu potius Baſilius Monnerus JCtus Jm gedencken vom Krieg der anno 46. vnd 47. in Meiſſen vnd Sachſen gefuhrt / wo für er zuhalten ſey / Apud Dn. Hortled. *lib. 2. de juſtit. bell. Germ. c. ult. n. 27.* Steph. Jun. *vind. cont. tyrann. q. 4. in pr.* Petr. Frider. *2. de mand. jud. c. 67. n. 12.* Hypol. à Collib. *in principe c. 33.* Weyhius *1. med. pro fœd. c. 2. n. 183.* Boterus *8. polit. illuſt. c. 6.* ab Arumæo collaudatus *de jur. pub. diſcurſ. 27.* Schônborn *5. polit. 7.* Autor des treuhertzigen vnpartheyiſchen diſcurſes wie dem Julichſchen ſucceſſion weſen abzuhelffen f. 8. Pro cujus inſimulationis juſtitiâ, rationes militant, quas è veſtigio ſubjecturi ſumus:

1. Quia occupator Henricus Galliarum 2. rex, in ſcripto, de cauſis expeditionis ſuæ, anno 1552. publicè typis per Imperium divulgatô, ſanctiſſimum jusjurandum dat, ſe ope ſuâ illa & auxilio *non privatum ullum compendium atq; fructum*

*ſpectare*

ſpectare, quæ Sleidani preſſa & prægnantia verba ſunt, *com. lib. 24.* aliquantò fuſius & luculentius à rege explicata, in ſcriptô modô dictô, apud Dn. Hortled. *lib. 5. de juſt. bell. Germ. c. 4. n. 20.* So wollen wir månniglichen hiermit kunt thun welches wir mit Gott dem Allmechtigen bezeugen/ auch bey vnſern Kôniglichen wahren Worten ſagen vnnd bekrefftigen/ daß wir aus dieſem můheſeligen/ ſchweren vnd gefehrlichen vorhaben/ groſſen vnkoſten/ auch ſorge vnd gefahr vnſer eigen Perſon keinen andern Nutz oder Gewinſt ſuchen noch verhoffen/ den etc. Freyheit der teutſchen Nation etc. vnſterblichen Namen/ etc. erledigung der beyden gefangenen Fůrſten.

2. Quia itidem ſanctiſſimè pollicetur & promittit (*ſanctè confirmat* ait Sleidanus) in eôdem ſcriptô, omnibus omnino ſtatibus Imperij, *ſe nemini immerenti ullam vim facturum vel nociturum, nec ordinem eccleſiaſticorum afflicturum, ſed omnes recepturum in tutelam atque patrocinium*, quæ itidem Sleidani paucula, ſed gravia ſunt, à rege pluribus ſic expreſſa: Vnd damit månniglich ſicher vnd vnbefåhrt ſeins Stands anch ſeiner Gůter vnnd Poſſeſſion ſein môge/ ſo wollen wir ſondern fleiß vorwenden/ daß niemand mit billigkeit ſich beklagen môge/ daß wir dieſes vnſer Bůndnus oder gegenwertigen Krieg jemand zu beſchwerung oder nachtheil auffgericht vnnd ins Werck gezogen haben. Sondern es ſol månniglich bey ſeiner habenden Gerechtigkeit/ Ehren/ Gůtern vnd Freyheit/ welche wir wieder zuerretten/ vnd zu recuperiren dieſen Krieg fůrgenommen haben/ vnverletzt bleiben.

Vnd demnach verheiſſen wir euch bey GOtt dem Allmåchtigen vor allen Chriſtlichen Kônigen/ Potentaten

taten vnd Fürſten/ das wir in keine wege geſtatten ſollen noch wollen das mit vnſerm vorwiſſen euch allenſämbtlichn oder ſonderlich / was weſens / condition oder Stands er ſey/einiger ſchade ſoll zugefugt werden.

Quâ verò veritate & conſcientiâ? quâ juſtitiâ? quô judiciô? hæc rex juraſſet omnia, ſi pactum & conventum antea in fœdere fuiſſet, ut liceret ei mittere ſub jugum Gallicum epiſcopatus atq; civitates ſæpius jam indicatas? Et quis non citius juranti regi, quàm injuratis teſtibus, Bodino, ac Thuano idem aſſerenti, *hiſtor. lib. 8. & 10.* fidem habiturus eſſet?

Accedit ratio 3. quod conceſſio talis, amico regis ac fautori impenſo, Alberto Marchioni, planè eſt incognita, tametſi præſens interfuerit cum tractaretur ac definiretur aliquid de fœdere. Quid enim ille dicat de cauſsâ avulſæ Metis ab Imperio, patet ex Arumæi diſcurs. 27. *de jur. pub.*

Præterea arbitramur 4. rationis vice: diſſidii ejus inter regem & confœderatos principes, quô de Marchio teſtatur, initiô loci, ſupra relati *poſ.* 15. non fuiſſe cauſſam aliam, atq; eam, quam reddit Weyhius (quanquam cum moderamine, cui non aſſentior) 1. meditam 2. n. 183. *Quod Gallo occupanti tot civitates Imperii aſtipulari noluerint.*

Quin etiam ponamus, citra veritatis præjudicium, tale quiddam permiſſum regi fuiſſe, fœdere: tamen non poterit perfidiæ crimen, penitus effugere, ideò quia univerſo Imperio, ſtatibusque ejus omnibus, & ſingulis, juratam eam fidem dedit, quam verbis regijs probavimus, & erga Metenſes ſeorſim voluntatem ſuam ita declaravit: *Se libertatis ipſorum retinendæ cauſa arma ſumſiſſe,* ( verbis Sleidani, lib. 24.) *Pollicitus omnem benevolentiam.*

## *XVII.*

Quin imò ab Imperio univerſo, regi *Germaniæ liberatori ac patrono* ſcribit hanc relatam gratiam 5. *de Repub. 6. f. 912. 913. ut anno* 1565.

*Augu-*

*Auguſtæ omnium Imperij Gèrmanici ordinum conſenſu apertè decretum ſit bellum adverſus regem, ni urbes illas Imperij, quas ex legibus fœderum imperio Gallorum ſubjeciſſet, reſtituere vellet.* Et confirmandæ exprobrationis hujus gratiâ, adijcit: *tãmetſi Virodunum jam inde à Carolo 6. rege, in clientela Francorum fuerit.* Tumque deinde ſubjungit: *Sed imperialis decreti vim abſterſit, copiarum, aut conſilij, aut animi, aut pecuniarum inopia. Aut quod verius eſt, urbium expugnandarum deſperatio, non voluntas.* Facetè! Lepide! Laute! Nil ſupra!

Etenim quid ais, nugarum pater, Bodine? *Auguſtæ anno 1565. omnium Imperij Germanici ordinum conſenſu apertè eſt decretum bellum?* At Auguſtæ eô tempore nondum ulla fuêre comitia, ſed ad Januarij diem quartum decimum anni ſequentis 1566. demum, eò indicta, initiô deliberandi factô, ejusdem anni die 21. menſis Martij, Sim. Schard. ICtus, *hiſtor. tom. 4. ſub anno 1566. in pr.* Mich. Beuther. *in contin. Sleid. lib. 29. ſub anno 1566.* ac de bonis Imperio vi fraudeque ſubductis, latô decretô tali, in quo nihil ejus, quod nugaris, reperitur, ſed longè aliud. §. Nach obgeſetzten artickeln haben wir/ etc. *receſſ. Aug. an. 66.*

Quid adducis confirmandarum harum nugarum gratia: *Virodunum inde â Carolo VI. rege in clientela Francorum fuiſſe?* Cum clientela ſive patrocinium, patrono, dominiùm non tribuat, nec clientem ſubditum faciat, alteriusve dominio, quicquam jure deroget. Weyhe, *1. medit. pro fœd. 4. cap. 13.*

Quid ob intermiſſam commentitij decreti executionem, ſcurra, laſcivè jocaris? Cum decretum ullum unquam anteceſſiſſe, probare non poſſis.

 Deni-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0065-5

Deniquè quid ob repetitas res ablatas ingrati animi crimen turpiſſimum, Imperio obijcis? Cum tamen neque gratiæ aliquid regi tuo debuerit, oppreſſum potius, quàm liberatum in partibus quas diximus, *à liberatore* (ſcilicet) *Germaniæ*, Arminiò (ſi Deo placet) alterô, nequè etiam potuerit impediri per conceſſionem fœderatorum principum (tametſi ficta non eſſet) quo minus res ſuas repeteret. Quippe, jure invalidam, *L. ſicut 7. §. ſi quid 1. ff. quod cujusque univerſ. nom.*

Vnde ſequitur id, quod ſupra *in fin. poſit. 16.* itidem intendimus, nec præjudicare potuiſſe fœderatis principibus vel aliquibus eorum, conceſſionem hanc invalidam, quò minus ipſis (ſi voluiſſent) licuerit, repoſcere bona abſtracta ab Imperio.

## *XVIII.*

Clauſurus nugarum ſuarum rivulos, addit ſuperioribus: *antequam decerneretur bellum, eſſe regem anno* 1559. *admonitum, gratum fore ordinibus ſi prædictas urbes Metim, Tullum, Virodunum retineret ſub fiducia Imperij.* 5. de Repub. 6. f. 913. Cùm fictè, tùm veteratoriè.

*Fictè.* Quia longe aliud oſtendit reſponſio ordinum Imperij, legato regio in comitijs Auguſtanis anno 1559. data, quam quatenus huc ſpectat, referam *ex orationibus clarorum hominum vel honoris officijquè cauſa ad principes, vel in funere, vel de virtutibus eorum, habitis*, & excuſis Coloniæ Agrippinæ apud heredes Joh. Quentel anno 1560. *Nec dubitant* (reſponſum tum eſt nomine omnium ordinum) *Regem episcopatus, Principatus, & Civitates, Metenſem, Tullenſem, Virodunenſem, & Leodicenſis bonam partem, aliasque ab Imperio avulſas ditiones, ſuperioribus annis occupatas, pro Cæſ. Majeſtatis*

*ſtatis & Imperij ordinum voto, ac poſtulatis, Imperio reſtituturum. Quod ipſum facturum eſſe cum ejus animi ſit, quemadmodum nuper de eo teſtati eſtis: Nolle eum Imperij dignitatem in aliquo labefactare aut minuere: planè confidunt. Quod ſi fuerit explicatum, Rex chriſtianiſſimus, quævis amica benevolaq; à Cæſ. Majeſt. Imperijque ſtatibus, ſibi polliceri poterit. Verùm, illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini, quia de hac reſtitutione nullum vos habere mandatum dicitis, Cæſ. Majeſt. Imperijque ſtatus & ordines, porrò apud regem. Chriſtianiſſimum, quod res ipſa, æquitas ac Imperij neceſſitas expoſtulat, agere non prætermittent &c.*

*Veteratoriè:* Cum enim ſit in pravâ ac perverſa opinione iſtâ, feuda à minoribus accepta, dignitati majorum aliquid detrahere *1. de Repub. 9 f. 180.* & ſeq. reticere quàm confiteri maluit, reges ſuos, tandem urbes illas, cum epiſcopatibus, in feudum accepiſſe; & habuiſſe, uſque ad intereratum nuper Henricum IV. Quod docet autor diſcurſus, Wie dem Jüliſchen Succeſſionweſen abzuhelffen: §. Und iſt aus dem leichtlich abzunehmen/&c. Quîcum nos deſinimus.

Supplicibus votis orantes Deum præpotentem, ut sereniſſimam & celſiſſimam domum Saxonicam, per quam orbi chriſtiano religionem puram & intemeratam, Imperio pacem & tranquillitatem, pro ineffabili clementia ſua, reſtitutam voluit, conſervet & fortunet. Autoritatem ejus, contra omnes invidorum ac malevolorum morſus augeat. Et ſub tutelâ ejus atquè patrocinio incorrupta literarum ſtudia promoveat, ut ſint, qui juxta normam in ſcripturis traditam, eum timeant, patres patriæ honorent, & ad emolumentum atquè dignitatem patriæ omnia ſua ſtudia omnemque operam impenſiſſimè conferant.

*Lectori*

## *Lectori S.*

Erratorum alia graviora ſunt, quæ rectitudinem ſermonis pueriliter corrumpunt, ſenſumvè conturbant, ut A. 2. b. linea 11. *Sui virtutis*: Pro: *ſuæ virtutis*. A. 4. a. lin. 11. *Dum alter*: Pro: *cum alter*. B. 3. lin. 1. *Nobilius*: Pro: *Nobilibus*: lin. 21. Aus verpflichteten. Pro: Aus vnverpflichteten: B. 4. a. lin. 13. *Salmonenſis*: Pro: *Sulmonenſis*. lin. 23. *Phraſiologia*: Pro: *Phraſeologia*: C. b. lin. 15. *Inſerto*: Pro: *Inſertus*. Lin. final. *Diſpectationem*: Pro: *Diſpectionem*. C. 3. lin. 15. *Qui altera*: Pro: *Qui ex altera*. D. 1. b. lin. 10. *Quippe*: Pro: *Atqui*: D. 2. lin. 12. *Ludovico II*. Pro: *Ludovico XI*. E. 4. b. lin. 1. *Æqualitatem Demonſtratum*: Pro: *Demonſtratam*. F. 3. lin. 12. *Se de actione & tranſactione pacis Paſſavienſis*: Pro: *ſe de actione pacis & tranſactione Paſſavienſi*. Et in gratulatorio Hœckelshovij, *Facultas*: Pro *Faculas*. *Enim, facit non jubar*, Pro: *non facit una, jubar*.

Alia leviora, ut: A. 2. *de jure principatius*, A. 3. *potuis*, B. 1. *veriate*, B. 2. *Marchico*. B. 4. *â Hortenſio*: a: *And. Kirchneri*, C. 3. *certes*. E. *pelbis*.

Priora (rogo) corrigas in nondum correctis exemplaribus, ut dixi. Poſteriora, & ſi qua alia ſeu hujus ſeu illius generis ferent, quibus G. & H. literæ impreſſæ ſunt, inemendatæ quaterniones, ea non imputabis mihi, & emendabis ipſe, ſi es benevolus.

Vale.

*F I N I S.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0068-2

*Ad Nobiliſs. & Præſtantiſs.*

# Dnm. RESPONDENTEM.

PAlmare, BRANDI, Nobilis chori decus,
Illuſtre ſidus in corona Apollinis,
Quod dignitatem vendicas tam ſtrenuè
Germanicis Heroibus Monarchicam,
Quàm Gallus aſperè ſugillat invidus;
Germanicis erit probatum Heroibus,
Ipſisque ſummam comparabis gloriam,
Tibique famæ comparas adoream,
Quò dignior Germanicis Heroibus
Aſſertor axiomatis Monarchici,
Haud quibat inter Nobiles obtingere,
Palmare, BRANDI, Nobilis chori decus
Illuſtre ſidus in corona Apollinis.

*amici affectus ergo ſcribebat*
*Joh. Gerhard D.*

*QVem genus & proavi clarant, clarare Lyceum*
*Salanum geſtit nobilitate Dices.*
*Nobilitas Martis fuit acquiſita duellô*
*Multiplici: jam artis ſplendida Nobilitas,*
*Non unô, ſed multiplici tibi parta duellô,*
*Creſcet adunitâ fertilitate brevi.*

Georgius Mylius D.

BRANDT, quem Nobilitas ignito ſidere dudum
Inter Honorinicas conſtituit facultas,

Iſte novo unde adeò inſolitus de lumine ſplendor
Ora tibi inſuetis clarificat radijs?
Non certe lux eſt quam intrà pomæria Famæ,
Nobilium accendit Laus generoſa Patrum,
Splendidius longè fulget nimiumq; coruſcat,
Lucem ſole, Herclè, hanc à propiore trahit,
Hic Phœbus certè ſtudiorum eſt flammeus ardor,
Sol artis propriâ hanc lampada luce replet,
Dum pro Germanis contra arguta illa BODINI
Scommata, Germanum pectus & arma moves,
O benè quàm ſplendes, duplici luce Herclè coruſcas,
Nam lux ad tantum enim facit non jubar.

*Joh. ab Heckelshoven Junior Bresla-Sileſius.*

Pon Vc 2821 an

ULB Halle 3
003 855 325

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0071-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-15182-p0072-4

judicet
vo noſtro,
, *tract. de*
. ſtudioſæ
juventutis m,ſed non
parùm in onem ani-
mum app ota ea co-
gnoverit, ut vocant)
loci,ad qu dibus col-
locandæ v

Viv , quæ Be-
ſoldo eleg civilis pru-
dentiæ di uinæ ſapi-
entiæ,eôd *de utilit. &*
*jucundit.h* egumque,
lacte,futu n, non in-
ſignes mo ciſ: Baldui-
nus, *in lib* erus *libell.*
*de uſu hiſt* . Schardius
*in præfat.* *ſc. philol de*
*hiſtoric. a* *pretat.* Jac.
Thoming . *& ſeqq.*
Jac.Born *nit. & uſu*
*jurispr. d.* hanis,Juſtô
Lipſiô,Ja , aſtipulan-
tibus:ſed Politicâ ac
Jurispru erna utrius
què haru a futura ſit,
maxima ,niſi jus pu-
blicum,c s ait) rerum
argu-